

DE AB: 85

SALTATIO-
NIBVS ET CHOREIS,
PIVS ET ERVDITVS
tractatus.



QUO QVIDEM IL-
LAS INTER CHRI-
stianos ferendas non esse
demonstratur.
EX
Gallico auctoris



Iacobi 5.13.

Affligitur aliquis inter vos? ore. A quo animo est
aliquis? Psallat.

Excudebat Iohannes Berjon.

CIC. C. LXXXI.



SERENISSIMO RE- GI NAVARRAE.

HENRICO II.

MAgna illa equi-
dem est ingenij hu-
mani vanitas, Sere-
nissime Rex, quū
videlicet plerumq;
etiam vel oculatio-
res ipsi vitia pro virtutibus amplectun-
tur: maior autem eiusdem prauitas eo
imprimis concordatur, quod ubi errare nisi
scies quis nō poscit, illic quasi studio etiā
operam damus ut comperta vitia aut ele-
uemus, aut quod longe deterius est, ne-
scio quo virtutum vestita nomine cum no-
bis ipsis, tum etiam alijs quasi vi quadā
sensibus illata approbemus. Hoc autem

ā ij

ita se habere, quum vel in illis vnis deprehendi possit, qui pon alia quam naturali luce vel sapientia magistra vtuntur, iustum omnino tamen est aduersus istiusmodi homines iudicium Dei, iusta codenatio. Quamobrem vix satis dixerit quisquam, quid illi demum commereantur, qui quin certa veri notitia non destituuntur, sic tamen illam compressam tenent, ut non solum diuersam ab illa insistant viam, sed etiam tum sibi primum, tum reliquis quantum valent persuadere conentur, ne sibi quide in eo quod peccat, defesse facti quoque sui rationem. Atque ea imprimis amentiae deuentum est, ex quo motus illi ciuiles nostra memoria omnia semel apud nostros Gallos peruerterunt. Siquidem illorum occasione tanta passim licentia omnia vita exempla perua sit, ut hoc ipsum saeculum ad unum illud ve-

rere

re referri possit, quod quidem diluvio semel olim causam dedisse Deus ipse in scriptura populi sui testatur. Ex quo omnino constare debet alterum planè quoddam, atque adeo superiore illo longè terribilius diluvium nostris istis moribus portendi. Etenim quis facile crederet tam infelices esse nostrorum in christiana vita exhibenda progressus, ut nec paucos pudeat iam non tam disceptare quam asserere neque aleam esserem adeo indignam homine Christiano, neque saltationem atque tripudiationem ita indicoram, neque item luxum illum omnem rei vestiarie disertè improban- dum? Scilicet ita loqui illi iam non ve- rentur qui ante quidem, illa plusquam ciuilia arma nihil aliud spirabant quā districtam observationē verbi Dei, quā proximorum ædificationem, quam deni

que pietatem meram nativa etiam honestate & gravitate conuestitam: ut nunc quidem & aleam ipsam (id est turpem artem illā alienæ pecuniae emungendæ) suo quodam fallendi tantum temporis nomine, saltationem verò ut & pompā omnem ad cultum corporis pudendum inuenientam, ornamēti perinde civilis cuiusdam & decentioris vitæ titulo, nullius neque sensus neque pudoris homines, defendant. Nominatim verò isti suam illam saltatoriam sc̄enam verbo Dei perstringi indignantur, & ad illā pro virili tuendam nervos omnes ingenij contendunt. Siquidem eiusmodi rem, ut quam indiferentē vocent, aperte traduci non ferūt: & tamen illa occasione minoris apud ipsos esse pudicitiam & pudorem pernegerant: & musicen ipsam tum vocalem tū organicam animis delectandis, exercendi cor-

dis corporibus utilem esse regerunt: et denique exemplis à scriptura petitis saltationes ipsas commendari posse confirmāt. Enquæ sit nostri istius seculi impudētia, quod fatum denique: ut pote quo neque il laudatissimum quicquam non probetur, neque laudatissimū quicquam nō dicto factoue damnetur. Quid ager igitur Dei veritas aduersus ~~adversus~~ istos suos, an verò illius vox ad os istorū vox improbū frēta conticescet? Imo vero sentiant illi ipsi qui suā ita audaciā ad sanctos Ecclesiæ mores impetēdos cōtorquēt, multominus Ecclesiæ ipsi defuturos certissimos legitimæ ipsius disciplinæ propugnatores. Quod quidem dum nemo nō ex pijs quā potest polletq; præstare debet, en tibi ex illorum numero vnum illum qui hanc ad rem eximiā nauauit operam, uti quidē isto apprime pio & eruditio tractatu de

DE SALTATIONIBVS INTER CHRI
STIANOS NON FERENDIS, cōsigna-
ta, extat, atq; à nobis in vsū Reipublica
noſtra Christianæ in lucē editur. Habe-
bunt h̄ic nempe & qui probos illos ac pri-
ſcos non exuerunt mores, quō ſeſe in illis
conſirment: & qui malis euicti exemplis
nec frontē tamen nec mentem perfricue-
runt, quō ſeſe reuocari gaudeant in viā:
& qui peruicacia ſua effrānem cumu-
lant licentiam, quo ſeſe magis magis q; re-
tegant, vnde meritissimè, ſi quidem i; eſſe
pergant, extra gregem Domini censendi
ſint, quum illud veritatis nomen indigniſ-
ſimis moribus ut & motibus ementian-
tur. Habes editionis cauſam, Sereniffi-
mè Rex: Nūcupationis vero nomini tuo
addicend& non vna ſubeffe ratio viſa eſt.
Etenim tu vnuſ hodiē viuis, qui nulla
cuiusquam fraude nobiliſſimum Eccle-
ſiae

ſiae purioris Christianæ in Gallijs resti-
tuta membrū haberis, & vnus ille hodie
extas cui magno omnino vſui ſint quæ
hoc tractatu demōſtrantur totius illius li-
cētiae à domo tua ablegādæ argumenta,
qualia ex Regum ac Principum qui-
buscum non ſemper ex voto tuo verſatus
es, exemplis, ſuperioribus iſtiſ annis hau-
rire potuisti. Ea porro ſpes tenet omnes
pios, singularia illa quæ in te Deus dona
contulit, non poſſe in teipſo non vigere, at
que vim illam ſuam exerere. Siquidem,
quod eſt Dei ipſius beneficium à te ſingulis
momētis agnoscēdū, mirū illud quoddā
prædicatur ingenij tui acumē. Accessit
deinde vel ab ipſis cunis ſanctior illa eedu-
catio propitio tibi Deo tāto magis, aucto-
re incōparabili Heroina OPTIMA MA-
TRE, IOHANNA. quæ etiam quandiu
vixit, ut ad doctiſſimi poetæ locum allu-

damus;

Ipsa tibi custos incorruptissima cū
etos

Præter doctores aderat, quid mul-
tum? pudicum,

Qui primus virtutis honos, serua-
bat ab omni

Nō solum facto, sed & opprobrio
quoque turpi.

Hæret denique nostrorum plærorum
que animis illud ipsius exemplum, quod
apud te vnum nunquam intermoriturū
quisquam satis credat: ipsam nempe, ex
quò veram Euangeli lucem toto pectore
semel amplexa est, omnem dedisse operā
vt & omnem regiam suam quantum po-
tuit, ab omni labore puram haberet. Atiē
de igitur isti admonitioni, Serenissime
Rex, vt & te dignissima & verò tibi ipsi
per quam necessaria. Sic nēpe fiet, vt &
qua

quæ ex illa collecturus es documenta, vñ
gis istius saeculi corruptelis apud te p̄-
ponderent: & optatissima educationis à
matre acceptæ memoria, perditissima il-
la aulicarum & principalium domiū
exempla ex animo tuo expūgat: & pietas
vera quæ tibi cum lacte sugenda procu-
rata est, à nocentissimo istius quoq; æta-
tis afflatute saluum p̄stet: & denique
tum libera confilia, tum ordinariæ preces
addictissimorum tibique fidissimorū ho-
minū plus apud te possint, quam prodito-
riæ omnes aulicorum hominum, & Hero-
dianæ domus instrumentorum blandi-
tiæ. Tuum, ergo fuerit, Serenissimè Rex,
dum tam multi tibi optime cupiunt, re-
ete consultum volunt, bene precantur, vi-
dere, ne tibi hac in parte ipsevnuſ omniū
maximè defuisse merito quidem videt
possis. Tuum itē fuerit, expendere quos

in te nominatim multorum mortalium cō-
iecti sint oculi : quantum item ex bonis
vel ex malis exēplis à domo tua prodeū-
tibus commodi detrimentū inferri pos-
sis Regis illius Regum tremendi Regno,
quod est ipsa illius Ecclesia. Tuum perin-
de meminisse, quā tibi cessurum hono-
ris sit tum apud ipsum nominatim,
tum & apud homines quosunque non
corruptissimos, si & tuam & tuorum vi-
tam ad Edicta exegeris summi illius Re-
gis & cuncta superciliositatē. Tuum
denique sit, & quid vere Regiam Māie
statem deceat coram Deo, tum ex tradi-
tis verbo ipsius praeceptis, qualia extant
& Deuteronomij xvij, & Iosuè i. &
Psalmis Lxxii & cī, tū ex certioribus
eodem illo verbo editis exemplis ita in v-
sum tuum conferre, ut tuam rem illic agi-
certo in animum inducas : ut & contra
serio

M

serio cogites , nihil cuiquā accidere posse
grauius, neque indignius, quam si, quod
Galaris suis iam tum imputabat mœrēs
Apostolus, qui à Spiritu cœperūt, in car-
nem desinant.

Dominus Deus noster & Pater misericordia-
rationum sublimem illam in qua te collo-
cauit dignitatem propitiis amplificet,
suoque te fauore cōplexus , Ecclesiæ ac
piis omnibus quam diutissimè saluū at-
que in columem præstet.

Tibi in Domino addictissimi
Ecclesiarum Gallicarū
Pastores.

Index capitulo Tractatus de Saltationibus et Choreis.

- I. Habendum esse delectū in oblatione capienda, ut & alijs in rebus, ut quod licet tantum sequamur.
- II. Definitio saltationum nostrarum, vnde & de illis iudicetur.
- III. Cur inuestigantur saltationes, & quorum retineantur.
- IV. Forma ipsa saltationum gravibus, modestis, & constantibus personis indecora.
- V. Proteruiæ atque lasciuiae saltationum.
- VI. Superioris capituli exempla qualia saltationē comitantur, minime omnium decere Christianos.
- VII. Scopum saltationum ferè v-

num esse, spectantium oblectationem.

VIII. Soni & numeri à quibus saltationes quasi motus vitales ducunt.

IX. Quid efficiant saltationes prænotatur.

X. Effecta, incommoda, damna saltationum.

XI. Opponitur saltatio exemplis & actionibus ad virtutē pertinentibus.

XII. Exempla saltationum quæ inscriptura damnantur.

XIII. Scriptura ipsa aduersus saltationes disertè producitur.

XIV. Testimonia veterum ethnorum aduersus saltationes.

XV. Auctoritates Patrum aduersus saltationes.

XVI. Diluūtur argumenta quæ pro saltationibus facere vidétur.

XVII. Perperam obtendi aut vsum aut commodum aliquot saltationum ostenditur.

XVIII. Exempla saltationū ex scriptūris detorta excutiuntur.

XIX. Circunstantiæ certæ notantur quæ saltationes magis intolerabiles reddunt.

XX. Epilogus aduersus saltationes.



DE CHOREIS ET SAB-

TATIONIBVS

TRACTATVS,

*Quo illas inter Christianos nullo modo
ferendas esse demonstratur.*

ANIMADUERTIMUS s̄e penumero plātōsque ex nostris, quū apud illos a-
geremus de seria illa vitæ Euāgelicæ
institutione quæ quidem ipsos nulla iam
mundi conditione vti testaretur, atque adeo
s̄nb ista mundi appellatione tum vanissimas
qualque oblationes & luxus, tum diserte
choreas & saltariones dispungeremus, ca-
de re non minus obstrepare ac rixari solitos,
atque si choreis sublati, ipsa iam hominum
vita minis vitalis esset, & præcipuo quodā
suo decoro destitueretur. At qui eorū omni-
no partes erāt qui hō modō non acquiescūt
sanis & liberis pastorum suorum cōsiliis, sed
etiam mōres in Dei Ecclesia cōstitutos verā-
quæ disciplinam quantum ip̄sis est, respuūt,
proloqui saltēm, & in medium afferre suas
illas quas ip̄si venditant rationes: quibus fr̄e-
ti nimirum non vnius tantum seculi auctori-
tatem, sed & totius superioris bene moratæ

a j.

II.

Ecclesiæ & usum & iudicium, quo nempe choreas omne genus inter Christianos dānatas esse constat, conuellunt. Quod quidem dum ab illis frustra expectatur, qui mero silentio suam peruicaciam in mala cauſa plus satis testantur, ut omnibus modis illos vel premamus, vel potius lucrifacimus, non pigebit nostratum ad illos admonitionum fundamenta scripto consignata ipsis tradere, ut quum meliore cum otio quid in vero sit expenderint, tandem aliquando statuant quām neque temere, neque leuius de causis saltationes damnamus, atque ē medio sublatas omnibus modis velimus.

Habendum esse delectum in oblectatione capienda, ut & alij in rebus, ut quod licet tantum sequamur.

C A P V T . I.

Atque hīc primum omnium illud præmittēdū videtur cautionis loco, ut omnem a nobis sinistram existimationem austeritatis nescio cuius auertamus, nihil minus a nobis cogitari, quām vt damnatis choreis & saltationibus, nulli honestæ oblectigni inter Christianos ullus supersit locus.

Hu-

III.

10

Humani siquidem quod cum pietate non
pugnet, alienum a vita communi esse quid-
quam nolimus: adeoque non minorem suo
& loco & modo honestae cniusuis animi
remissionis cum quadam etiam oblectatio-
ne coniunctae usum esse, quam vel cibi vel
potus denique in istius virtute tuenda ratio-
ne non ignoramus. Ita nimirum homines
omnes sumus, diutius ut neque distentus a-
nimus constet sibi quin fatiscat aliquatenus,
nisi eommoda etiam relaxatione veluti re-
curret: neque porro corpus ipsum quibus-
dam suis exercitationibus prorsus destitutum
vigorem suum retineat, quin & ipsummet
concidat, & adiunctum sibi animum ea-
dem defectione quadamtenus affligat. Ha-
benda igitur est valetudinis nostrae curae
iusti modi, quae videlicet ad honestas quasiis
functiones obeundas praestandaque (quarum
est in hac vita perpetuus usus,) nos omnino
idoneos comparatosque reddat. Immo & vi-
tro aliquando oblectationes quasdam ve-
luti laceccere & captare necesse erit, ut illarum
occasione molestias & dolores animo insi-
dentes quasi amica vi quadam a nobis pro-
pellamus. In summa, quicquid de honesta
omni & liberali exercitatione afferri potest,
a nobis quoque & admitti & probati semel
restamur. Atqui ex eo minime omnium

III.

effici contendimus quod isti vellent , vt
 quam suus honestis illis delectationibus lo-
 cus relinquitur , choreis proinde & salta-
 tionibus saluus etiam permaneat . Siquidem
 eo vno censemus honestas quasuis oblecta-
 tiones , si nihil in illis notari possit quod no-
 mini nostro id est professioni & cultui Chri-
 stiano non respondeat : ac proinde vna hinc ra-
 tionē id est Dei timorē , arbitram ac mode-
 stricem ferimus : obscenos seculi mores , ef-
 frænes carnis appetitus , vniuersi denique or-
 bis exemplum nihil moramur . Denique hinc
 in primis adhibenda nobis illa prudentia
 est , quæ in omnibus vitæ christianæ parti-
 bus auctore spiritu sancto commendatur :
 nimirū ut omnia exploremus , & quæ bona
 sunt & laudata amplectamur : quid ipsi Do-
 mino gratum sit , quid vocationem nostram
 deceat , expendamus , atque ita nos com-
 paremus , vt vel minimis usque in rebus
 & circunspecte agamus , & certo delectu-
 vtamur . Eo enim sublato , sub illo iam oble-
 ctationis e blandiente nomine , & promiscui
 luxus ac licentia effrænis , & lusus etiam tu-
 turpes tum exitiabiles , mera denique libi-
 num portenta , quæ hodie orbis vniuersus
 ioco dicit , in ipsam quoque Dei ecclesiam
 perruptura sunt , ac tantum non quâ data por-
 ta ruent . Sed neque illud etiam obscurum
 est

1. Thess.

21

est, aperto Dei verbo notari damnarique sub ipsis illis crassioribus & veluti palpabilibus exēplis luxus, proteruiæ, libidinis, nō pauca illa etiā in moribus vel gestibus, qui ad voluptatē cōparati, sub illius ambiguo discrimine nobis insidiantur. Quamobrem nomine oblationis obrudi quiduis aut retineri sine delectu nefas esse statuendum est: ac proinde illa prudentiaprorsus retinēda, quæ nempe quid fieri deceat secūs-ve, certo exploret.

*Definitio saltationum nostrarum, vnde
& de illis iudicetur.*

C A P V T II.

Ergo ut ad choreas & saltationes quales Enominatim illæ hodie invsu sūt, ea quæ præmisimus accommodemus, videndum im primis est quid illarum nomine intelligamus. Nec enim desunt qui hīc quoque veluti pro clypeo obtendant choreas siue saltationes tum mulierum Israeliticarum, tum ipsius etiam Dauidis. Appositè vero. nempe vt si quis de equo rogatus, respondeat de assino: vel vt scortationis fœditatem eleuet, coniugalem in legitimo matrimonio usum proferat: Tam belle scilicet choreis no

V I.

stris cum veteribus illis longe omnium dis-
simili mis inter se conuenit, ut inos quoque
infra demostoraturos cōfidim⁹. Chorea illæ
igitur de quibus agim⁹ aliud nihil sunt quā
motus quidā corporis saltantiū cōpositi ad
certum quendam vel modum, vel numerū,
neque uno illo tamen sed diuersissimis sal-
tandi generibus, idque in promiscuo cœtu
tum hominum tum mulierum sese circum-
agitantium ad sonitum vel strepitum vanis-
simarum & mere profanarum cantionum,
cius vnius rei gratia, ut voluptas ex illis vel
præbeatur vel capiatur. Istiusmodi sunt
in quaenam chorea illæ nostræ, ut de illis quam
simplicissimè loquamur, neque perstringa-
mus innumeratas illas circunstantias quæ
quidem illas nihilo magis commenda-
tutæ sunt. In summa igitur chorea prophâ-
næ oblectationes sunt, quæ nulla omnino ra-
tione probari possunt.

*Cur inuectæ sint saltationes & quor-
sum retineantur.*

CAPUT III.

IAM ut rem ipsam certo ordine persequa-
mur, atq; in choreis nostris nihil esse quod
pro-

VII.

12

probari possit, ostendamus, age, repetamus
 illam ipsarum causam atque veluti natales
 paulo altius, atque ubinam illæ & olim vi-
 guerint, & nunc quoque vigeant, & quām
 nihil illic notari possit quod Christianum
 hominem deceat, ipsi simet oculis contuen-
 dum subiiciamus. Nimirum illud satis con-
 stat saltationes istas omnes nihil esse aliud
 quam gentinam peccatorū crassissimorum,
 idolatriæ tempe, gulæsiue ebriositatis, at-
 que scortationis problem: idque adeo inter
 eos qui perfractis omnibus timoris Dei &
 verioris illius notitiæ repagulis, ad omnem
 licentiam atque luxum viam sibi effræni
 prorsus lascivias semel aperuerunt. Illud ita
 esse quod ad Idolatriam spectat, vel ex ip-
 sis prophanis historiis quæ chorearum i-
 stiusmodi faciunt mentionem, demonstrari
 possit. Atque ut compendio orationis stu-
 deamus, satis constat quoties apud illos auc-
 tores de festis vulgatissimis illis agitur
 quæ in honore Bacchi, Panis, & similiū ce-
 lebrarētur, quanto plus in ipsis obscenitatis
 omnis fœditatisque inuestigatum exhibitūm-
 que est, tanto inter reliqua turpitudi-
 nis exempla, choreas ipsas illic caput altius
 exeruisse. Verum ut in doméstico cōdém-
 que tristissimo saltationis notissimæ exem-
 plu figamus pedem, quum ad extremam vſ-

a iiiij.

VIII.

que insaniam prorumpens in deserto Dei populus, sacrum vitulo aureo à se recens cōflato fecisset, insuper & illud additur, sedisse populari ut ederet ac biberet, ac deinde surrexisse ut luderet: quod omnino de saltatione & choreis accipi solet ex eodem illo capite, vbi chororum quoquā mentio subiicitur: adeo bene adhuc meminerant Israëlitæ rituū & abominationum AEgypti vbi tādiu vixerant. Huic porro exēplo infelici patrum in deserto respondet omnino abysus ille qui passim obtinet etiā hodie, quod vbi cunque idololatria aperte restituta est in confratribus illis ac sodalitijs, choreæ perinde ac saltationes suum illic locum quasi pleno iure recuperarunt: nihil ut in illis solennibus celebrius magisque visendum a-deundumque existimetur quam choreæ huius & illius sexus Euantium, & Mœnadum instar palam tripudiantium. Ebrietatisvero saltationum adeo indiuulsam esse constat copulā, ut trito quoque apud nos sermone ita feratur, Saginā choream subsequitur. Quod si à contrario excutiatur quānam sit apud tenuiores & apud eos qui sobrietatē magis retinent viuendi ratio, nullus illic istiusmodi rerum strepitus audietur, quin illæ potius ad epulas & lautiora conuiuia tanquam in certum suum domicilium veluti rele-

relegantur. Sed neque etiam satis sobrius quisquam impastusve ad saltationes animum adiecerit, nisi qui fortasse hesternam erapulam necdum concoxerit. Chorea nimirum noctem ac tenebras amant & requirunt. Ac proinde quum illæ tanquam pedisæ quæ idolatriæ adhærent, vix est etiam ut non indubia comites Ebrietas & Gula se se illi adiungat, tanquam appositum usitatumque tali patellæ operculum. Quod quidem ex adducto illo exemplo Israelitici populi ad vitulum aureum adorandum abrupti demonstratur, ubi traditum habemus surrexisse quidem illos ad ludendum & lasciuendū nimirum post subiunctā horrendæ idolatrij conuenientissimā vētris saginam. Non dissimile est quod ex propheta ^{1. Sam. 30} norum Amalekitarum exemplo proditum est in historia Dauidis. Quod quum illis ipse spolijs Sikelegi onustis instaret non saltantes solum deprehenderit atque exultantes, sed & nominatim in epulas profusos. Hinc etiam Basilius ille Magnus Homilia aduersus ebriosos, carpens luxum & licentiam seculi illius sui, vinum & pocula causam esse tot malorum notat. Pudeat verò nos vel ab ipsis prophanis hic etiā aliquid nō didicisse. Si quidem illud quasi pro iudicato ab ipsis habitum legimus, nemini in

mentem venire posse ut saltaret, nisi qui aut
vino, aut ipsa mente captus esset. Quod ad
tertium illud attinet quod supra posuimus,
scortationem nempe mutuas operas tradere
choreis & saltationi, quasi videlicet alter-
nam sibi opem conferrent, euentus ipse &
exempla quotidiana plus satis ita rem habe-
re testantur. Nempe enim rudimentum to-
tius amatoria scholæ concinna & operosa
saltatio est. Eniuero neq; in aureo illo Chri-
sti Domini comitatu, neque in Iohannis in-
comparabilis serui ipsius schola saltatrices
fuisse memorantur. Herodianæ potius aulæ
illa instrumenta fuerunt: utpote in qua om-
nis fœditas ad incestus usque aperte domi-
nabatur. Atque hæc illa est nempe chorea-
rum origo, hi natales, hic comitatus, hic om-
nino perpetuus usus. Ut igitur concedā che-
reas oblationis causa inuectas esse, idque
iam olim, illud perinde subiiciendum etiam
est, tū demum apud illos ipsis locum fuisse,
quū aut abominadis impietibus atque su-
perstitionibus obscenati homines omnē veræ
lucis usum amiserūt, aut a vino & gula trā-
uersum ducti extra se esse cœperunt, aut fœ-
dis cupiditatibus interuersi sunt, aut qui a-
deo tanquam uno pede ac modulo totidem
illa vitia atque probrā veluti una eadēm-
que chorea concatenata in saltatione se-
mel

X I.

14

mel exhibuerunt. Num vero illud satis esse apud homines sanos nō debeat, vt omnis saltatio ipsis semel exosa sit? Num, in quam serio quisquam Idololatriam, ebrietatem, scortationem detestabitur, qui non & saltationem abhorreat, quam quidem ad alteram illarum pestium necessario referendam esse ostendimus? Num etiam veram ac non fucatā puritatem nobis cordi esse dicemus, quin simul a nobis facessere iubeamus lænam eiusmodi, quam quidem ab illis fœditatibus separari non posse plus satis constet? Denique si quid nobis superest mentis melioris, iure nobis cauendum esse nouerimus a pudendis illis exemplis, in quæ nullos vñqnam petractos esse audinimus, nisi mala & turpi occasione, vt ea ratione & nostrā ipsis existimationem saluam extineamus apud bonos, & nemini quantum est in nobis vllā offensionis occasionem præbeamus.

Forma ipsa saltationum grauibus modestis & mente constantibus personis indecora.

CAPVT. IV.

ATque vt nō tantum ex illis saltationē

XII.

causis & progressibus, sed ex ipsa etiam illarum vetuli facie ac vultu de ipsis feratur iudicium, quæso quis illic superesse quidpiam dixerit, quod cum pietate & honestate ex diametro non repugnet? Nam & saltationum genera varia sunt, ut & modi inter se plusquam varij. Nominatur enim illic choreæ imprimis infinitis & ipsæ nominibus ut & gestibus, quum non unus vel alter certo desultat numero, sed plures simul. Nominantur & nouis plane nominibus singulatum saltationum species, vel ex motus diversa ratione, ve ex numeri ad quem eduntur varietate: & denique nullus certus est numerus. Atqui motus illi omnes & iactatio corporis atque gesticulatio impudens omnino ipsis naturæ ordini repugnant. Quis enim satis assequatur dicendo, ut sese saltatores nostri, nunc quasi terræ graues subssiliendo, nunc contra vel turbinatim vel in gyrum totum corpus rotando, nunc accessim nunc recessim nunc vice simpli ci nunc duplicata itandoreditandove in omnes partes agitent, versent, intorqueant? ut denique totâ illic scœnam suam ipsam et insania exhibeat? Atque ut ista si corpus tantum species non ita fortasse ab surda videantur, quis tamen non videt corpori nihil istorum motuum per se imputari posse, quin
po-

potius illud ipsum nempe ab animæ tanquā
 inditæ ipsi moderatricis motu primum &
 dispositione affici oportere. Vnde omnino
 conficitur, illam ipsam moderatricē corpo-
 ris animam quæ illud ita verset voluatque,
 primam ipsam mirum in modum vagari &
 commotam esse ac prolsus instabilem. Quā
 nam vero hoc cedere potest honori tuo quā
 christiano nomine censeris, dum eiusmodi
 morbū mentis illa corporis distortione pro-
 dere non erubescis? Num verò iure etiam
 non times ne dum ita temere subsultas at-
 que in hanc vel illam partem ab reptitij in-
 star differris, ne in animal brutū degeneras
 se videaris? Sunt enim illi motus vñitati vel
 catulorū, vel hinnuleorū, vel capreoloiū, q̄
 etiam nomina ipsis saltibus quibusdam in-
 dita præ se ferunt. Illa nempe corporis a-
 gitatio ita desultoria, illi adeo crebri in hāc
 & in illam partem motus ebriorum homi-
 num sunt, vel lymphatorū & illorum omni-
 no in quibus non modo ratio nulla domine-
 tur sed potius manifestè læsa sit, vbi eiusmo-
 di effrænes motus deprehēduntur: quemad-
 modum etiam ante demonstratum est, vix
 cuiquam satis sano accidere ut ita saltaret.
 Atque hoc voluit ille, alioqui auctor profa-
 nus, cuius hæc est de homine saltate senten-
 tia, aut ebrium aut furiosum habendum es-

X III I.

se: cuiquidem sententiæ , ne ut profana re-
spuatur , Ambrosius ipse christianus Epis-
copus illam scriptis suis inserens quasi sacrâ
auctoritatem dedit. Ergo si saltatores vino
capti sunt, nempe vino calent dum saltant &c
abripiuntur ad illos motus pudendos, nedū
ut villo modo ferendi sint. Quòd si minus
illis placet ebriosorum persona, certe illam
altero quocunque insaniz nomine commu-
tent oportet , quum eiusmodi inquam agi-
tationes & saltationes indices sint stulti-
tiz aut potius professæ cuiusdam amentiz.
saltēm hoc non negabunt, si quis in illos ita
gesticulat̄es incidat , fieri vix posse quin pro
insanis aut vino captis habeat. Atqui tan-
tæ fœditatis vel minima species ab homine
christiano satis vñquam abesse non potest.

Quod si quis obiiciat, ad præscriptum a-
liquem numerum & suam quandam regu-
lam exigi saltationes , non magis ex eo ef-
ficiet , vt de illis melius iudicetur. Eodem
enim res semper recidit : nisi quod hîc quo-
que non incommode illud comici adaptari
possit , vt quòd nempe quisqué melius sese in
saltatione gerat, atque motus illos ad regu-
lam exigere studeat, eo certius cùm ratione
insanire dicendus sit. Deniq; & illud ipsum
argumentum extremæ cuiusdam saltantiū
amentiz esse contendimus, quando mens il

lis veluti acapite tota ad pedes defluxit. Neque vero cum ista vanitate quicquam simile habent exercitationes illæ iuuentutis, quum vel saltu & libratione quadam totius corporis utuntur, vel etiam in equis desultoriis decertant: quæquidem exercitationum genera etiam si & tradantur & excolantur, nolimus tamen improbare, utpote quum illorum usus aliquis extet, atque non malum in finem tendant. Nempe enim corpora ita agiliora redduntur & quadam tenus aptiora evadunt: neque adeo ullū ex ea re incommode nasci potest. Saltationum vero omnino contraria ratio est. At enim saltādi omnis ut vanissimæ rei in eo posita esse solet, ut quinq; illi passus (quos a dimensione vocat) à saltatoribus exhibeantur, tum deinde diversis tractibus representetur, tibiæ variis modis agitentur, nunc pedem referre, nunc porro mouere assuefiant, atque totum illud eò duntaxat, ut veluti secundæ mensæ loco apud maleferiatq; conuiuas, post epulum & lauitias ludus & oblectatio adstantibus comparentur.

Quod si vel ipsa illa saltatio res iam perse plus quam stulta est atque inepta, adeoque omnino etiam indecora, quid aliud est inatem quoque rem eiusmodi redigisse, ac proinde illius ludum & scholā petere, quam va-

XVI.

nitatem omnium summam profiteri? Quasi vero tantum à rebus melioribus otij nobis esset: aut esset adeo vita ista tam diurna, ut ad illius veluti enatationē bona pars ipsius eius rei studio decidenda esset, in qua quā plurimum promouerit, illud sit assecutus, ut suam maximē amentiam coram omnibus operosis illis nempe gestibus saltitando prodat. Atqui longe alia artem Christiani profitentur, & quæ omnes illorum animi partes atque recessus peruadat atque occupet. Notitiam illam nempe veri Dei, rerum cœlestium meditationem, præsentis vitæ contemptum, sanctioris omnino vitæ & cum illo coniunctum tum mundo tum voluptatibus omnibus serio renunciandi studium atque seriam exercitationem. Scilicet his adeo atque similibus exercitationibus addictum intētumque sanctum pectus adiutum facile daturum est illi etiam lœnæ, quæ suam illam saltoriam, id est dimensam illum corporis agitationem in medium producūt. Nēpe si ad artē & regulā & passus & gressus nostri exigendi sunt, quantò hoc fælicius pius quisque addiscet, ex ipsismet sapientis illius verbis? Pondera, inquit, vel libra incessus gressusque tuos, & viæ tuæ omnes ordine componantur: Non declines neque ad dexteram neque ad laevam, anerte à malo

XVII.

14

malo pedem tuum. Quicquid enim agimus aut instituimus, certa ratione modoque gerendum esse docemur, adeo ut ne pedem quidē moueamus, id est, ut ne in leuiorib⁹ etiam rebus nisi prudenter & circumspecte agamus, rectè atque uti par est affectus nostros componamus, ne qua occasione extra uiam nos abripiant: in omnibus æquitatem atque æquabilitatē retineamus, à malo omnibus modis abscedamus: atque ne illud etiā omittatur, etiam ad incessum usque modum etiam & veluti sobrietatē quādam obseruemus non secus atque in reliquis vitæ partibus, ut quodammodo etiam nostra incendi ratio probitatem suam & integritatem testetur. Atque illa demum certa est pedum gressuūmque nostrorum & ad verbi Dei normā cōparata regula: altera vero illa nullo prorsus modo. ut pote quæ hominē in motandis ad regulam saltationis pedibus vanum amentemque reddat, & quasi perpetuam illam agitationem à pedibus in saltatione, ad reliquas deinde uitæ partes & functiones transferat. Quamobrem uno verbo quum tota ipsa chorealis scæna vanitatem suam aperte prodat, officio perinde ut & nomini christiano ex diametro repugnare ipsam extra controversiam est: quum illud non minus constet, moderationem né-

b

XVIII.

pe & honestam & grauem tum in sermone
tum in aliis rebus tam decere christianum,
quam ex opposito abesse ab illo oporteat
quicquid otiosum remissumque viuendi ge-
nus redolet, adeoque ne vanum quidem at-
que inconditum sermonē illi sine noxa pos-
se excidere. dēnique audiendum ipsi in om-
nibus Apostolum cuius hæc verba sunt,
Philip. 4. quæcūque inquit ille, vera sunt, & seria quæ-
cunque veneranda & suam quandam velu-
ti maiestatem præferentia, illa vnicē piis
omnibus esse obseruanda.

Proteruiæ atque lasciuia saltationum.

CAPVT. V.

Porro finem ipsum saltationum qui iam
etiā notatus est, perinde atque rē ipsam
damnamus, quum satis certum sit aliò illas
non referri quam ut profanis oblectioni-
bus inferuant. Neque enim hīc alias præte-
rea finis ullus vere notari potest, ut, verbī gra-
tia, valetudinis ex illa quadam exercitatione
conseruandæ ratio. Hoc enim vel ipsum il-
lud quod impendiatur choreis tempus satis
ostēdit, ubi mensis remotis & ita curatis cor-
poribus, ut moderata in sedendo quies lon-
ge illis sit oportunior ad concoctionem na-
turem

XIX.

18

turalem præparandam, agitationes demum istiusmodi saltationum naturæ ipsius habitum non parum offendunt. Imo etiam tempus ipsum somno melius cessurum illi vanitati postremum datur, tantum abest ut valedicendi ita aliquomodo cōsulatur. At qui quilibet in re vnam sibi proponere pro summo fine voluptatē, illud vero mere profanū est. Siquidem vir pius ita se oblectabit, ut nō ipsum oblectationis fructum in re ipsa fruenda requirat (quauis nemo illo certius teneat quæ vera sit oblectatio) sed usum oblationis ad incolumitatem corporis & bonam habitudinem retinendam recuperandā ue comparatum spectabit, quēadmodum & in cibo & potu, in somno & in aliis vitæ istius fomentis idem sibi proponet. | Saltationis vero alia prorsus ratio est, siue tempus illi destinatum, siue rem ipsam spectes.

Ecce enim a mensa ad illam raptim surgitur corpore tum quidem ipso quasi saburrato atque gestiente lasciuire acsi nempe sensus omnes tum simul non exercendi, sed obruendi sint & immoderatissimis illis voluptatum fluctibus mergendi, uti infra demō strabitur. Nondum vero attingimus quæ ex intemperatissima illa actione consequantur mala, tantum citamus veluti ad causam descendam illa ipsa vanitatis atque totius con-

XX:

fusionis exempla, ut & suis ipsa nominibus
 gestibus, gyris, motibusque lymphaticis cō-
 prehenduntur, illa inquam amentiæ nomi-
 ne accusamus, quum neminem satis sanum
 in adeo effrænes lasciuosque motus abripi
 Eccles. 2. 3 posse sit cuiquā credibile. De risu dixi (in-
 quid Sapiens) insanis, ut ostendat fieri vix
 posse quin vel risus ipse nisi valde mo-
 deratus sit, aliquid admistum habeat stulti-
 tiæ, nec facile risum grauem personam dece-
 re. Iam vbi non risus tantum profusior, sed
 etiam saltatio & petulantia omnis regnat,
 ecquid illic esse potest saluū sapientiæ? Quin
 potius hoc affirmamus nemini istiusmodi
 quicquam posse accidere, qui non ante ipsa
 qua se exuit vestem ut expeditius corpus ha-
 beat ad sese circumagitandum, præcipuum
 illud ornementum abiecerit, Dei metum
 videlicet atque seriam obseruationē, ut se-
 mel vaganti licentiæ sese totum permittat ac
 tantum non prostituat. Siquidem vbi Dei re-
 uerentia locum aliquem habet, abesse illinc
 non potest sensus quidam verecundiæ, qui
 quidem nos fræni instar cōtineat in officio,
 & modestos demissosque esse iubeat. Ut ne-
 que etiam conciliari possint vlo modo mā-
 ta illa continentia & moderationis Chri-
 stianæ cum vllis istiusmodi petulantia ex-
 emplis. sunt enim illa sobrietatis, moderatio-
 nis, &

XXI.

19

onis, & cuiusdam remotioris a sæculi mortibus vitæ præcepta: ut pote quæ lumbis nos præcinctis esse velint, id est quæ vetent affectus nostros quasi male cōtractos in luto ac fæce ipsa voluptatū & vanitatis versari, quæ mundū diligere prohibeant, illum potius odisse iubeant, ut vere municipatus ille noster cœlestis sit, ut denique quasi aliud agamus si quando etiam exultandum nobis est. Imo vero vterius eadem illa præcepta nos adducunt, atque strictiore quadam imbuunt disciplina, quum insuper vigilandum nobis esse præscribunt, quum admonent mortificāda membra illa nostra quæ sunt super terram, quum carnem ipsam crucifigendam cum ipsius concupiscentijs, corpus contundendum arque in seruitutem redigendum, denique domum luctus esse lubentius adeundam domo conuiuij: quod quidem aliud nihil est, quam ut omnibus occasionibus vt tamquam lasciuiam coercedam aliquid conferre possunt. Eodem spectat & ipsum Christianæ vitæ veluti compendium, quod in certa nostri abrenunciatione cum crucis, vnicuique a Domino impo sitæ admissione positum est: itemque ut exultante sæculo pīj interia in luctu sint, denique ut cum timore ac tremore de salute obtainenda cogitent, & hoc agant. En vero

XXII.

quæ sancta atque legitima præcepta scriptura tradit, quibus videlicet omnes vitæ nostræ partes ne quādo exiliant ultra metas circumscribendæ sint: non autem ut quū celsante occasione illa vtcunque usurpauerimus, eadem deinde sese aperiente post epulas videlicet & lautiota conuiua tum demum carni habenæ laxentur, & vaga pro-siliat frænis natura remotis. Facebat vero hīc importuna illa obiectio, nos videlicet omnem etiam honestam ex vita humana ob lectationem sublatam velle: quod quidem iam ante satis diluisse videmur. Vnum enim contendimus, vt oblectatio Christiani hominis non profusa sit sed sobria, non vaga sed moderata, vt & captando etiam aliquid recreationis, in ea tamē non acquiescat quasi totus in illam ruat & feratur: sed admonitionem Apostoli teneat, Qui gaudent (inquit) vt non gaudentes, id est, ne se ipsi oblectationi mancipent, sed potius cogitationū ipsorum quasi remis ad beatioris illius vitæ portū optatissimum contendant. Istiusmodi autem vitæ instituto penitus aduersari voluptates illas prophanas asserimus. Quum enim unus iste sit omnium illarum Christianæ vocations partium scopus, vt nos ad Dei timorem adducant, vetentque contra ne ab affectibus carnis nos sinamus abripi, continentia, mortificatio-

XXII.

20

tificationemque vnam vrgeant : saltationes contra omnes illos terminos reuellunt; appetè carnis licentiam prædicant, aulam & ludum illi aperiunt,in quo sese licentiosissime iactitet atque peruolutet. Atque ut subiecto etiam exemplo res ipsa melius innotescat, age, excutiamus si placet illam Herodis qui Baptistam sustulit, aulam cum suis nempe appendicibus ,cum voluptatibus illis inquā profusisque epulis, nec non & saltationibus . Ecquid enim inter illas delectationes piusvir notare possit si in ipsis incidenterit; quod vel minimum Dei timoris vestigium ostendat , vel aliquid ad extinguentium concupiscentiae ardore conferat, vel ad mortificationem innatae nobis cupiditatis inciter? Quin potius prophana illic omnia iudicabit,atque ut mera libidinum fomenta detestabitur. Quid enim satis aduersus illam luem dici possit ,qua miser Herodes non tam captus quam perditus,(qui tamē Dei timore vt cunque retineretur eatenus,ne quid aduersus virum Dei grauius decerneret,)tamen saltationibus & vanis illis oblationibus ipsi inmedijs natalitorū epulis exhibitis abreptus, si quid illi supererat vel metus Dei vel rationis ita semel vniuersum excusfit, ut suo vnius vtens ingenio,in saltatricis gratiam, Iudicior, dixerit , & Baptistæ caput

XXIII.

humoris abscissum isti consigna. En videlicet quo lænæ illæ, saltationes inquam, Herodem adduxerunt, En ut quod in malis boni vtcunque supererat, pudere illum desinere etiam docuerunt: En illecebram quæ nulla amplius honestatis & rationis vincula in mēte hominis salua esse patitur, nihil integrū protersus relinquit. Iam vero prodeat hoc nostro tempore vel audacissimus quispiam saltationum patronus, qui multo minus mali ab illis esse metuendum nostris istis moribus contendat, neque adeò tantū illas nunc demum posse, vt oblatis nunc perinde istiusmodi omne genus oblectamentis, nihil inde consecuturum ostendat, vnde & Dei memoria & sincerus timor aliquid detrimeti sit accepturus. Prostant nimis exempla quotidiana quæ contrarium nimis reuincūt. Profanus ille Flaccus & vt nomine sic reipsa Epicureus, quū sodales ad festiuos iocos ex suo ingenio inuitat, Nunc est bibendum inquit, nunc pede liberopulsāda tellus, & quæ similia passim apud illum extant profanæ lœtitiae exhibendæ argumenta. Atque hæc illa est vita hominū libidinibus deditorum eademque opera omnē Dei timorem semel suis illis desultationibus proculcantum. Cōtra vero Sacrosancta Euangeliū notitia lōge. alios mores postulat, vtpotequæ certo nos quod am

quodam gaudio perfundat cuius illud omnino sit proprium , vt quicquid est vanitatis atque insaniae illius saecularis a nobis procul ableget.

Superioris capitinis exempla quae saltationem comitantur, minime omnium decere Christianos.

CAPVT VI.

Expendamus vero paulo etiam pressius quid istud rei sit , atq; ad ipsas personas applicemus , vt semel cōstet ecquid saltationes illae christianos deceat vel secus. Saltant scilicet viri,saltant & foeminae. Saltant senes, saltant & iuuenes. Vnde fortasse colligendum videatur, vtcunque minus deceat vnos saltatio , alteros tamen perinde non usque decidere . Dicamus igitur primum de illis qui prouecta sunt ætate , & quam illis male conueniant saltationes atque motus illi liberiores , attendamus . Evidem etiam si apud prophanos illos apud quos nullus honesti sensus viget, nullus habeatur delectus ætatū in saltando, non dubitamus tamen eos qui ratione proorsus non destituntur facile nobis concessuros, minime omnium ætatem illam

XXVI.

iā vergentē decere saltationes & cūtrū iacta
 tiones quæ illas passim comitātur. Siquidē
 ipse tum in illis naturæ habitus od otium
 & tranquillitatē quandam ipsos reuocans,
 extinxisse bona ex parte videri debet motus
 illos atque impetus superioris ætatis: neque
 adeo vetulo cuiquam aut etiam senescenti
 potest accidere, vt vestem deponat, atque pa
 lam coram ioto cōtrū fese ad saltandi petulā
 tiam usque demittat, quin omnino plusquā
 ridiculum se præbeat. Adeo ipse naturæ sen
 sus minime omniū esse saltationē in illa æta
 te ferendā dicit. Apostolus autem nomina
 tim perstringens quid maxime illam ipsam
 ætatem deceat, vult ut senes Sobrij sint, vene
 randi, temperantes in omnibus: atqui eius
 modi virtutibus & saltatoria lasciuia om
 nibus modis disconuenire certissimum est.
 Quod autem ad viros ipsos pertinere voluit
 Apostolus, ad ipsas quoque mulieres iam
 ætate prouectiores ex ipsius Apostoli mente
 referendum est, quum nempe illas etiam ve
 luti exemplaria quædam moderationis &
 veræ temperantiaz esse iubet quæ præluceat
 iunioribus, adeoque in omnibus præse fer
 re vult quæ sanctimoniam deceant. Et sane
 illud veluti singulare esse debet operæ pretiū
 anteactæ longioris vitæ in senibus, vt quod
 proprius abesse se ab extremo illius spacio ag
 noscunt

Tit. 2.

XXVII.

22

noscunt, eò certius testificantur sibi iam cum istius vitæ vanitate commune nihil esse, seque adeo illi tam serio nunciū remittere, quam contra animis & pectore toto ad illam beatorem in cœlis adspirent, ad quā se iam iam admittendos gestiant. Decorum igitur illius ætatis est ut ferat secū suā quandam in rebus gerendis maturitatem, gravitatem in sermonibus, auctoritatem denique & dignitatem in omnibus vitæ exēplis. Iam verò fieri non potest ut cum illo ætatis senilis decoro concurrant motus & leuitas iuuenilis, qui nempe in saltatione notantur, quin eadem occasione in suspicionem reuocetur illa species grauitatis & incessus venerandi, quasi nempe iuuenile madhuc ameniā spiret incōposita senectus. Neque enim tā parū eos rationis habere suæ illius grauioris ætatis iā cōuenit. Proinde in senectute saltationem plusquam indecorā esse euincimus. Senectutis porro nomine non ipsam tantum extremam vitæ, lineam attingentem ætatem complectimur, sed, ex vñu scripturæ, ætatem eò vergentem, ut quæ sensim ex iuuentutis euripo iam quasi ad portum senectutis contehdat. Videamus porro an saltare magis deceat adolescentiam quam senectutem. Et sanè illa ætas laxius aliquid postulare videtur, neque se tam arctis repag-

X X V I I I .

lis constringi sustinet. Hinc corpus ad motus illos liberiores uti primum ita fere comparatum esse apparet, illinc vero mens ipsa fluxa atque petulans unam voluptatem amplectitur. At qui ut certius ista de re iudicium fiat, corporis in iuuenili aetate habitum per se non est quod moremur: quum illud necessario non consequatur, ut quod quisque si corpus respicias, praestare valeat, illud omnino ipsum capessere ius fasque sit. Superfunt nempe honestae aliae oblectationes quibus corpus etiam exerceatur. At proinde metus ipsius imprimis ratio habenda est, ut quam illam ita ferri ad voluptates per illius aetatis lubricum agnoscimus, tanto cautius illi consulendum esse statuamus, ne vide licet ad saltationes usque lasciviat, quibus veluti oleum camino superinfundatur. Etenim si quis rem per se aestimet, sic habebit, illam nempe lasciviam iuuenilem inde omnino esse, quod in ista tanta naturae communis depravatione (quae tamen omnes usque aetates comitari solet) vis illa quaedam & vigor innatus atque ad omne genus vanitatis & luxus proclivis tum temporis efferves cit plurimum, contra verò iudicium & delectus in cauendis atque euitandis flagitijs laborat in illa aetate ac tantum non suffocatur. Iam ubi de morbo cui aetas illa obnoxia

XXIX.

23

noxia est constat, quis non videt vnam omnino illius tollendi rationem superesse, non ut quiduis ipsi permittatur, quo cunque ratem illam infelicem fluctus atque temperas libidinum furentium abripuerit, sed ut præcidantur illi semel vndiquaque & vela & funes, ne videlicet periculosius & extra remedium tandem etiam conficitur? Sic omnino est usus apud medicos peritiores, vt morbis grauioribus seueriorem etiam curationē præscribāt, idque eò magis quò affectus ægrōti iam penitus in ipsius perniciem fetri ac quodammodo in ipsius salutem conspirasse deprehendunt. Hoc voluit nominatim noster Apostulus 2. ad Timoth. 2. Iuueniles, inquit, cupiditates fuge: vt & Rom. 13. 14. contra idem ille auctor est, ne carnis curam habeamus ad explendas ipsius concupiscentias: quod quidem manifestè inuertitur, vbi illi lasciuiae iuuenili quasi scena condecens saltationum & chorearum instruitur, non secus atque si hosti ipsi blandiaris, quem potius vix satis vnuquam omne genus austerioribus exemplis contuderis, profligaris, atque vt idem ille alibi de se loquens, ostendit, in seruitutem redegeris. Illa illa inquam ea est ætas quam sibi vnicice peruertendam deposita Satan, vt totus in illam ruens conquisitis vndique fœ

X X X.

ditatum flagitiorūque lēnociņijs, a quibus
intuitio ipſa esse solet, quantacunque potest
impressione deiiciat atq̄e peruerat. Iam ve-
ro in eiusmodi certamine vna salutis ratio
est, quām lōgissime ab omnibus illis copijs
hostilibus subducere sese, vt contra si vel
tantillū ad hostem accesseris, exerta noxa
est. Omnino igitur ætas illa tanquam in to-
tius vitæ procinctu consistat oportet, quum
videlicet prout ipsum primum impetum vi-
xiliter vel secus exceperit, toto perinde reli-
quo certamine illa eadem sese habitura sit.
Atque adeo vt vel hostis ipse non itate com-
minus aggrediatur, fieri tamen non potest
vbi semel nescio quam oblectationem ca-
ptaris ex eiusmodi lasciuīs, dū nēpe carnis
affectionib⁹ te dedideris, quin totus ipse per te
vanescas, atque sæculum hoc quod in ma-
lo possum est, amplectaris, vnde tandem
habitum etiam contrahas qui naturam per
se iam depravatam prorsus sub eiusmodi iu-
gum mittat, quod deinde frustra te excus-
surum somnies. Vna igitur illa optima ra-
tio est, si nihil esse tibi cūm vlla eiusmodi
perniciosa voluptate debere in animum in-
ducas. Proinde inuertendum est omnino
argumentum quod ad vagantem licentiam
iuvanili ætati indulgendam afferri solet:
quum nempe eadem illa & mala & probra
quæ

XXXI.

24

quæ saltationes omnino sedari ostēd̄imus,
 nihilo leuiorem inurant notam vni atque
 alteri ætati : siquidem vnum atque idem
 christianū nomen singulos vitæ presentis a-
 &tus complecti debere agnoscimus . Orna-
 menta porro iuuenilis ætatis ista verbo Dei
 traduntur , Modestia nempe atque animi
 submissio : item continentia atque temperā-
 tia : quibus etiam adnectit grauitatem alter
 Apostolus , cuius & exemplar esse Titum
 ipsum iubet . Atqui nihil ab eiusmodi vir-
 tutum exemplis remotius est , quam si quis
 in medium cætum sine vlo metu vel podo-
 re prosiliat , vbi totus diffluat in saltationes,
 risus, & iocos immoderatores . Facebat igit
 fœdissima cohors voluptatum à nostra
 iuuentute : ac ne interea se inertem relinqui
 clamitet , virilia potius exercitamenta ca-
 pessat , quæ etiam apud veteres illos Roma-
 nos usurabantur , quibus nempe compa-
 rarent sibi usum armorum , qui deinde suæ
 Reipublicæ usi futurus esset . Usus porro
 fracti illius motus pedum in saltando , ad
 mollium hominum tripudia & cathedras
 relegandus est , ut pote qui perinde fractum
 vel perditum potius animum reipsa decla-
 ret : quod etiā ipsa quotidiana exempla æter-
 no istius nostri sæculi opprobrio testantur.
 Quod ad iuniores tum mulieres tum' ado-

1.Pet. 5.

XXXII.

lescentulas spectat, satis etiam constat quan-
tū repugnet omnis saltatio atque motus in
decorus Dei ipsius interdicto, quo illa-
rum ætatis & sexus honestè habendi retinē-
dique ratio traditur. Siquidem ut certiori-
bus modestiæ frænis cohibendas se norint,
tota illarum vitæ & morum institutio ad ser-

Tit. 2. 4. iam exhibitionem castitatis cum pudore ac
1. Tim. 2 metu coniunctæ reuocatur. quod quidem
9. perinde est, ac si omnis saltatio & lasciuia
semel ac simul ab ipsis exulare semel iube-
retur. Prodit nempe in medium inter He-
rodis epulas saltatricula, sed quæ & scorti fi-
lia esset, & acceptam à matre educationem
toto impudicitiæ vultu gestuque circumfer-
ret. Nam quid illam denique potuit pudere
quæ præcium damnatae saltationis, caput in
illius gratiam eodem momento præcium
insignis illius Dei servi ipsa met illic ostētare
Neque adeo quisquam tam horrendi exé-
pli sine horrore meminisse possit, qui que
non & indignissimam illud facinus deteste-
tur, & in quavis adolescente cōtrarios prot-
sus mores optet ac requirat. Immo si quis in
puella gressum paulo adstrictiorem ali-
quando aduertat, aliquid etiam illic sub-
esse suspicabitur: extra choream vero saltan-
tem videre, amentiæ cuiusdam proditæ ar-
gumentum esse ducetur. Sensus enim ipse
naturæ

XXXIII.

25

naturæ hoc dictat, incompositum omnem motum sexum illum atque ætatem prorsus dedecere. Iam verò quid potest afferri ad eleuandam illam indecentiæ & lasciuia noctam, quum in medio cœtu & chorea saltitias adolescentula introducitur, quando vel extra chorea minimū quēq; istiusmodi motum in ipsa damnari solere ostendimus? Ni mirum vel vnius tantum oculi hoc poterūt, ut illis testibus deprehendi sese motitans quæpiam vereatur, illud non obtinebit amplior illa adstatiū corona, quæ multo magis & metum augere, & lasciuiam omnem cohibere debuerat? Decorum nempe honestæ adolescentis in eo imprimis notatur, si vultu honestè demissō sit, si supercilium deiecto, si oré occulso. Adolescentem bene mortatam tradit Ambrosius, neque spectare ipsam, neque etiam spectari velle. Iam vero qui potest saluum illud decorum in illa extare, quæ in medium cœtum prodiens & frōte & vultu erecto, tibias diducat, corpus vniuersum exutiat, seipsum gyrando mille modis verset, ac tantumnoꝝ pudorem omnem semel lasciuia indomita prostituat? Quis vero cui saken mēs constet, non aper te actum esse de illa pronunciet, quæ tam indignè honori suo consuluerit, atque omnino ostenderit nulla se amplius modestiæ,

c j.

XXXIII.

pudicitiae, honestatis, pudoris denique virginis legi vel conditione teneri? Vere enim illud dicitur, sermonem, risum, incessum regere quid in animo lateat. Incessus enim in muliere inconstans & varius pro modesto & graui, ipsiusmet mulieris inconstitiam prodit, & de ipsius existimatione detrahit. Sic Isaiae seculo notantur mulieres Ierosolymitanæ incessus immodesti, vultus erecti, certuicis intetæ, aspectus lascivientis, cui etiam adiuncta esset perambulatio audax & assurgens, motitatio denique & agitatio corporis, cum quibusdā a pedibus crepitaculis: notantur illa inquam, ut argumenta suæ temeritatis, vanitatis, impudicitiae, superbiae, ut in quibus pudor extinctus esset, atque omnis honestus timor. Quid obstat igitur quin quum saltatrices nostræ tales sese re ipsa exhibeant, nisi quod multis modis sese projectioris pudicitiae etiam produnt, idem quoque de illis auctore Prophetæ feratur iudicium? Ac proinde quantu[m] sui pudoris rationem habent, quæ melius audire volunt, tantum ab ista insania certu[m] est fore alienissimas: quales superesse non paucas etiam speramus. Atque haec quidem quod ad sexus vel ætatis discriminem. Iam vero si de ipsis conditionibus & qualitatibus quas vocant, agendum erit, illud perinde

com-

comperietur, quo nempe quisque loco & dignitate eminentiore fuerit, eo magis a choreis & saltationibus alienum eum esse oportere: neque tamen illud eo sensu, ac si minus hoc ipsum in alijs damnaretur, sed quia quo quisque maior esset & conspectior, eo etiam ab illo moderationis omnis exemplu repeti iure oporteat. Sic olim, Romæ nimirū, in theatro saltare non ita improbatum fuit, atque si hoc idem honestæ alicui aut honoratæ personæ accidisset, consuli nempe vel prouinciæ præsidi, cui ignominia ac probro hoc idem cessisset: nimirū quod illæ personæ hoc suo nomini deberet, ut in omnibꝫ certa grauitatē atq; moderationē exhiberet. Vnde etiam apud Cæsarem delatus est Deiotarus ille Asiae Rex, quod in conuiuio saltasset: quum tamen in illa ipsa Asia apud vulgus hoc omnino esset vñstatissimum. Neq; ab eo alienum est fortasse quod Michol Saui filia exprobrat Dauidi, ipsum nimirum coram Arca saltasse, quasi videlicet minime omnium sui illius Regij nominis tum rationem habuisse, quum illud ab eo tū fieret quod in nihili hominem cadere tantum posset. Captauit nimirum illum colorem mulier impotens magis quam imprudens, ut ex sensu communi illam marito notam aspergeret. Importunè quidē, immo & c. ij.

XXXVI.

lumniosè quum & illam Dauidis saltationem non cū suis circunstatijs expenderet, & ab exulcerato ánimo ob familiā patris deiectam & Dauidem illius loco a Deo euentum, illa reprehensio proficiatetur: vti satis ex ipsa Dauidis responsione constat. Iā si ad patres melioris in Ecclesia notæ veniendum est, extaht canones concilij Ladiceni, quibus nominatim cauetur, ne quis eorum qui aliquam ministerij Ecclesiastici partem fustinet, aut ipse salter, aut saltationi vlli intersit; eo sensu nimirum, vt illi ipsi primi omniū ab eo abhorrerent, q̄ reliquis perinde in Ecclesia exosum esse debere ipsorum exemplo demonstraretur. Hoc enim viderunt prudentes homines atque illi nominatim qui luce spiritus Dei prædicti erāt, dandam illis operam esse qui virtutem & integritatem præ se ferrent, ne vlla istiusmodi leuitatis macula ipsorum nomini aspergeretur. Ergo ex superioribus illis hoc conficitur, népe quum saltationes & tripudiationes atque luxus nullam ætatem, nullam personam, neminem denique qui probus honestusque censi velit non prorsus deceant, neminem igitur non dedecere, nisi fortasse aut pueros illos circumforaneos a quibus ducitur comparatio per occasionē in notatione ministerij Baptistæ & Christi

in

24

XXXVII.

Enangilio, aut denique insanos quoslibet
& proiecti pudoris, & qualem se nemo etiā
qui talis sit, tamen haberi velit.

*Scopum saltationum ferè unum esse spe-
ctantium oblectationem.*

CAPVT VII.

SAltatur verò, ut nostri volunt, ad oblectationē non ipsorum tantum qui saltant, sed & reliquorum qui solent eiusmodi rebus delectari. Nempe eò pertinuit exemplum impuræ illius Salomes Herodiadis filiæ, quum in medium cœtum saltabundæ prosiliret. Sic etiam nostris moribus, post mensas & coniuia nisi fortè comici introducantur, saltatio quasi secunda quædam mēsa apponi solet. Atqui frustra inde à quoquam delectatio captatur. Quis enim alium potest ferre ita ad actum illum insanientem (qualis ex motibus saltantium iam à nobis notatus est,) qui non eo ipso satis testetur se verò non minus vanum adeoque metā carnemesse, qui nempe rebus ab omni honestate alienis & prorsus fœdis adhuc animū adiiciat? An non vero hoc agere, est malis potius affinem esse quam censorē? Et quan-

XXVIII.

tulum est interuallum in vitiorum delectu
vel dispunctione, inter eum vel qui ipse pec-
cet, vel qui peccantem ferat, atque tacens
in illius mores consentiat? Vnde etiam a-
pud nostros illos maiores & illi césoria Ec-
clesiae nota carpebantur, qui vel theatra ipsi
adirent, vel ludicris quæ illic edebantur spe-
ctaculis animi causa, delectarentur. Om-
nium verò illud est indignissimum iuxta at-
que intolerandum, ut quispiam nominis
christiani in medium aulam ipse prodeat,
illic notantibus omnium oculis studio at-
que arte magistra pedes motitet, gyrum in-
torqueat, saltum illum quem à capreolis di-
dicisse videri volunt, exprimat, reliquam
denique agitatoriam scenam exhibeat, at-
que hoc totum ad oblectationem adstantiū
comparatum esse dicatur. Cedo enim, an-
non hominem christianum deceat in cœ-
tū maximè tanquam luminare quoddam,
vnde quaque veluti radios quosdam emit-
tere, ex quibus fulgor ille vocationis chri-
stianæ emicet, qui quidem torus cœlum spi-
ret, cui terra cœnum ut sordeant, incu-
ius & gestu & sermone nihil extet non com-
positum & ad ædificationem comparatum,
à quo nihil prodeat quod illos oblectet, qui
plus sat is sanctissimum illud nomen sua-
tam vanitate dedecorant? Cōtra verò ita se-
fe

XXXIX.

28

se producere, saltare, tripudiate coram omnibus & quasi theatro se dare, mimorum est vel ludionum: quod quidem hominum genus in omnibus bene constitutis ciuitatibus semper habitum est infame, atque illi iudicati quasi prostiruti homines pudoris, qui se ipsos ita palam in publicum ad aliorum oblectationem ipsi nullo delectu vel discrimine exhiberent. Fuit quidem apud Græcos saltatiōis cuiusdā genus quod Πυρπελω nominarunt, quam armati saltabant vel ad ostentationem quandam virtutis, vel ad exercenda sub armis corpora: à quo tamen honesti viri in promiscuo cœtu abstinuerint: quum potius educendos curaret ut plurimū ex ipsis carceribus reos quosdam capitales, quibus pœna nomine Pytrica in theatro saltanda mandaretur. Itidem etiam adolescentes puellæ quæ & psaltriæ & cytharistriæ errant & saltatrices, hoc inquam genus erant ancillæ quæ turpes illas artes addocebantur, ut in licitatione essent vendibiliores apud illos qui ex rebus istiusmodi delectationem captabant. Interea tamen tot illa cytharistarum & saltaticum nomina nunquam non apud honestas & graues personas male audiebant. Proinde omnis ille gestus atque agitatio saltatoria nihil habet honesti, servilis est & indigna liberali homine.

c. iiiij.

XL.

& ingenuo nedum christiano, quodquidem
 tantum repugnat cuilibet leuitati atq; vani-
 tati ; quantum in se se omniem integratem
 atque virtutis commendationem comple-
 citur . Neque adeo inter nostras saltatrices
 & Salomen Herodiadis , si casum Ioh . Ba-
 ptistae excipias, multum interesse deprehen-
 des. Et tamen hoc illa ab illaudatissima ma-
 tre didicerat , nempe ut oblectandis aliis in
 medios cœtus saltans insiliret . Atque ut fi-
 nem faciamus istis, audiamus semel quid A-
 postolus pronunciet de sermonibus etiam
 facetis & ad delectationem quandam com-
 paratis . Neque obsecritas , inquit , neque
 stultiloquium , neque dicacitas , quæ non
 conueniunt , inter vos nominantur . quibus
 verbis omnino perstringit illum quemlibet
 sermonem qui alioquin salem habet , & a-
 cumen quoddam præse fert , & risum exci-
 tare solet . Quod si ad verba usque præcisam
 esse voluit Dei spiritus nostram licentiam ,
 quid de gestibus insolentibus & impudicis
 sentendum est , quibus se se christianus ho-
 mo in histrionem transformat , scilicet ut
 miserè circunspectantes delectet ? Acce-
 dit & illud , quod certatur etiam in illis mo-
 tibus quasi de re iusti cuiusdam momenti ,
 ecquis nepe agilius , id est indignius se se cō-
 torserit , ut palmam referat operosioris in-
 sanix

Eph. 5.4.

X L I.

23

faniæ. Atque hîc ille est saltationis usus & præcipua commendatio.

*Soni & numeri à quibus saltationes
quasi motus vitales ducunt.*

C A P V T VIII.

Est vero & illud quasi ex ipsa saltatio-
num natura, nempe quod eduntur illæ
ad numeros & cantus & vagos, & lasciuos,
& impudicos. Qui enim illis adaptantur nu-
meri eiusmodi ferè sunt, & ex vulgari ali-
quo sono repetiti. in summa metæ sunt i-
neptiæ & illecebræ procacitatis: vnde om-
nino iam ad rem ipsam semel damnandam
satis supérque argumenti esset. Siquidem
totum illud ex diametro repugnat illi verbo
Dei, quo nempe sermone etiā quouis otioso
nobis interdictum est: cui etiā respondet il-
lud Apostoli, vt & sermo ipse noster ita insti Eph.4.
tuatur, vt ne quid a nobis audiatur quod nō ^{29.}
suo sale conditum sit ad mutuam ædifica-
tionem: adeoque quum de honesta animo-
rum imprimis recreatione agetur, ad quam
Musice referri solet, adhibetur tamen & Colosæ;
illuc sermo Christi inhabitans in nobis co-
piosè cum omni sapientia, qui suggerat psal-

X L I I .

mos & cantiones spirituales cum laudibus
atque gratiarum actionibus . Atqui non in
vna tantum vanitate carminū saltatoriorū
malum ipsum consistit . Nam præter ipsam
illorum in sese vanitatem , audiuntur & illic
impudicæ voces & spurcæ omnino , atque a-
deo lupanar quoddam vocale illic instrui-
tur : sic inquam pleno ore , gestu impudico ,
strophis & antistrophis istiusmodi cantio-
nes intenduntur , ut quo turpior quælibet
allata fuerit , eo maiorem plausum ac stre-
pitum excitare soleat . Atqui tātum abest ut
christiano cùm eiusmodi fœditatib⁹ debeat
esse comune quicquam , ut contra nunquam
satis operam dare possit , ut os purum teneat
quantum in ipso erit ab omni sermone fœ-
do spurcōe , ut non modo scortationem
oderit , sed & impuritatem in genere omnē ,
adeo ut neque nominetur quidem ab illo ,
neque apud illum . Etenim cui os eiusmo-
di veribus ebulliat , cor ipsius intus illis
scaturire primū manifestum est . Atque v-
no verbo eo res redit , ut tot illi & gestus &
motus & voces fœdæ atque damnatae , meta
quædam ostentatio atque ebuccinatio fe-
cis intus latentis cēsenda sint , quasi nō secus
atque Sodoma & Gomorra scelus suum ipsi
met illi traducerét . Et tamen ista omnia ita
saltationem constituunt , ut tanquam partes
quæ-

XLIII.

30

quædā vitales, atque vel ipsum ἔμφυτον θέρμαν
corporis ipsius dici possint, ex quo videlicet
omnis illarum vis pendeat: vnde aliquando
tandem quid de saltatione sentiendum sit,
colligi potest. Neque vero illi sunt audiendi,
qui pro cantionibus obscœnis sacras &
ad Deum laudandum comparatas reponi
posse contendunt. Etenim si de Deo laudā-
do eiusque prædicandis beneficiis ea qua-
par est reverantia ageretur, facilius statim
gesticulatio omnis, & mimica ars illa tota
atque ludicra & lasciuia momento citius con-
cideret. Exularent, inquam, tripudia &
choreæ, quandiu rebus seriis & sacris con-
cinendis vacaretur. Quod si contra sacra
prophanis & sancta impuris confunderen-
tur, ut verbi gratia, ad sanctam melodiam
turpes & obscœni gestus exprimerentur, hoc
verò quid aliud esset, quam sacrosanctum
Dei nomen quasi ludibrio exponere, & lau-
des ipsius quarum dignitas satis agnosci nō
possit, lasciujs & intolerandæ proteruiæ
subiucere? Proinde fieri non potest, ut quæ
ad Dei gloriam pertinent, ad choreas & sal-
tationes applicetur, sine ipsius nominis Do-
mini quasi suggillatione & prophanatione.
Quod autem assertur à quibusdam, non sem-
per exigi saltationes ad canticos articulatas
& vocales, sed ad musicorum instrumento

XLIII.

sonum, illud ad eleuandum virtū ipsum nullius est momēti. Siquidē instrumenta illa musica perinde exprimunt auribus illas ipsas cantiones, ut quæ vulgo detritæ sint atque ipso vsu iam sensibus traditæ: imo vero concentus ipse instrumentorum venenum illud mellitum tanto perniciosius maiore etiam cum delectatione infundit. Quod si musicum instrumentum nullam certam cantionem editurum est, tamen hoc etiam vitij suberit, quod dū aures nulla delectatione affectæ pulsabuntur, mēs ipsa interea nullum inde fructum collectura sit: quum satis absurdum, si christianus homo vlla eiusmodi re delectetur, cuius pars nulla quād licet, pertineat ad animū. Atque in summa tonus ille musicorum instrumentorum eò tantum spectabit, vt illo impellantur homines ad motus & gesticulationes indecoras ac pudendas: quoquidem nihil possit dici alius à musices, rei népe honestæ atque liberalis vsu legitimo, qui sane Dei gloriam vnicè spectare debet, vt pote in eum finē ab ipso hominibus collatus, vtcūq; si ad honestā etiam animorū delectationem referri posfit. Quamobrē vera musicæ Dei vnius prædicandis laudibus consecrata maneat, quemadmodum extant in eam rem Dāuidis atque aliorum Prophetarum exempla, quæ nos

X L V.

nos etiam ad illud idem præstandum cohortantur. Quod si quis ab illis ipsius ingenuis natalibus ad seruilem & pudendum rerum turpium concentū illa abuti ausit, quo nempe homines ad saltationes & proteruiam omnem incitentur, corrupti pollutique insig-
nitis illius Dei doni reatu se teneri agnoscat.

C A P V T. IX.

Quid efficiant saltationes prænotatur.

Porro ad reliqua vitia quæ saltationi adhærent, summum quoddam illud censeri potest, quod illic & viri & mulieres cōmiscētur: atque id tā certo atque infœlici ut plurimum euentu, atque tam apertis obscenitatis & fœditatis cuiusdam notis, dubitari ut nullo modo possit, quin ipsa Saltatio vel eo vno nomine ad Satanam auctorem referenda sit. Qum enim ille in eo totus sit, vt qua cunque occasione nos semper illaqueat (neque vero ad illud obtinendum vñquam illi desint occasiones) tū vero eo primū omniū vnumquemque impellit, vt ludo sese dedat atque voluptati. Quandiu enim quisque distrahitur iusta aliqua occupatione, continet ipse sese quodammodo. Contra vero vbi vel

XLV I.

cantillum ad ocium sese contulerit ut ludis
 vacet atq; delectationibus: ecce tibi illū per-
 inde fractum, elumbēq; redditum, ac si quis
 miles in hostem comparatus, ocio statim ac
 securitate disflueret. Illud inquam est ho-
 stis istius nostri artificium, ex quo semel à
 labore ad otium ad quod nimis proclives
 sumus, nos traduxit, ut illa iam veluti fene-
 stra patefacta fibi, hinc atque illinc insinuet
 suas pestes & venena quæ ocium atque lu-
 xum comitantur: imo vero vltro etiam in-
 gerat omne genus voluptates: sed illas eius
 modi, ut eò omnino spectent quò ipse miser-
 ros tandem adducere cogitat. Quum enim
 non ignoret eam plerisque speciem cuius-
 dám integratatis inesse, ut non ita temere se
 à Dei timore abduci sinant, satis etiam no-
 uit non esse illis primo statim obtrudendum
 peccati quasi vultum, utpote a quo primo
 quidem occursu penitus abhorrent, neq;
 ut est apud Poetam, repente turpissimi eu-
 derent. Ergo ut eo tandem perueniat, pede-
 tentim procedit, atque obiecta primū dulci
 voluptatum esca, tantundem de Dei timore
 subducit sensim, ac tandem sine magno co-
 natu miseros implicat atque allicit. Inde est
 quod apud Apostolum aulicæ illæ Pharaon-
 is deliciæ peccati commoda nuncupantur.
 Etenim illæ ipsæ omnino sunt quæ peccato-

ma-

X L V I I .

39

materiā subministrant, vt ipsiſ immersus animus metum Dei omnem facile extingui in leſe patiatur, & contra vitia omne genus illuc velut agmine factō concurrant, retuso iam ab ipsiſ voluptariibus cōſcientiæ aculeo. Tandem igitur iſtis accidit quod pressiſiſti, a quibus quicquid occurrit potandum ita si nè delectu hauritur, vt neque vitiouſum li- quorem, neque adeo venenū ſi quod admiuſtum ſit, aduertant. Sic igitur viam ſibi ſternit Satan, neque ſe operam perdiſiſ ſentit, vbi vel primas cupiditatū faces accen- dit, vel prauos quoflibet motus illecebris ad eam rem comparatiſ, vtcunque non statim flamma ipſa prodeat. Hoc enim iam habet ex illis infelicibus initijs, vt & cordi lætalis arundo infixā ſit, & fœdata ipſa mens ſit co- ram Deo. En igitur quām res ſit plena periculi, vbi quiſpiam indulget primū ſi- bi, vt tempus in otio & voluptatibus tradu- cat.

Iam verò vbi oblectationis captādæ cau- fa viri cùm mulieribus conueniunt, tum de- mum longè certius instat periculum. Quum enim vir & mulier testæ cuiusdam in- ſtar ſint & confractæ & quæ vix integra ha- beri tractariue poſſit, quid fieri ſi proprius committantur, quām vt Satan vno ad alte- rum conterendum, momento abutatur? Et

XLVIII.

mulierē, & mulier virū mutuū sese contuē
do, flabellum Satanæ suppeditant ad excitā-
dam concupiscentiam: neque faces vtrin-
que desunt, neque illi in amore duces oculi,
quibus nempe pectora vtrinque prauis
correpta affectibus succédantur: ut omnino
occursus illi nominatim in saltatione vix a-
liud quam exortā noxam præse ferat. Alio
quin enim conuenire viros & mulieres mul-
tis honestis de causis ius fasque est, dum-
modo videlicet & occasionses sanctæ sint, &
quæcunque ad decorum Christianū retinen-
dum faciunt ita obseruentur, ut totidem e-
tiam sint aduersus omnes Satanæ insidias
appositæ cautiones. Sublatis vero eiusmodi
cautionibus, fieri non potest ut tutius inter-
se conueniant viri cum mulieribus quod ad
affectus animorum, quam vbi à contagio
periculum imminet corporibus, si quidem
promiscuè sani affectis vtantur: quum vi-
delicet promptius nihil sit, quam ani-
mam momento igniculos affectuum quasi
tela excipere, atque ex illis flammā letalem
cōcipere. Omniū vero illud est vti pernicio-
fissimū, ita cauendum omnibus modis, ne vi-
delicet cœtus illi virorum & mulierum ex
voluptatis & lasciuiae mutua condicione
orientur cum licentiosa quadam familiari-
tatis captatione, vti plurimum caro illis in-
centiis

XLIX.

23

centiuis gestit, postquam & lauté saginata
est, & vna omnium fere mens est post epu-
las exhibere sese ut moris est, & in iocos
atque hilaritatem sese penitus effundere.
Tùm videlicet patentissima Satanæ ianua
aperitur, cùm illi omnia quasi ad arbitrium
cedunt, vt ex oculis in intima usque pecto-
ra flamas eiaculetur scandalorum, sub-
ducto semel omni metu & pudore per illam
licentiosam conuentionem, obductis vero
laqueis & pedicis voluptuosis, in quas sese
veluti contento gressu immittant, quacumque
infelices animas impetus cupiditatum trâ-
uersum rapuerit. Ne accumbas, inquit ille, Eccl. 9.
mulieri maritatæ, neque cum ea conuiuij oc-
casione symbolum committas: ne forte ad
eam animus inclinet tuus, & affectu tuo in
perniciem prolabare. Quod si ne illic adside-
re quidem caret periculo, quid & miscere
iocos, & lautius epulari? Atque ea fuisse vi-
detur causa quæ Dixæ sancti patriarchæ
filiaæ tantum attulit incommodum. Male sci-
licet curiosa bene alioquin educata virgo si-
bi satis non cauit per occasionem inuisen-
dorum vicinorum, quin in medios ac pro-
miscuos virorum ac mulierū cœtus usque
prostiret: illic ubi oculis hominū videndā
se præbuit, illic adiit iacturam pudoris. Hoc
népe operæ pecium est eiusmodi cœtuū, qui

quidem vnius voluptatis gratia institui solent. Iam vero vbi in illis non oculorū tantum sed & sermonum cōgressus habentur, atque illi ininus & puri & casti, imò vbi etiam rebus fœdis & lasciatis omnia perstre-punt, quid hoc aliud est quam quod dici solet. oleum addere camino? Nemini iam non satis constat quād facile corrumpant mores praua colloquia. Ex illis enim vel momento prorepit virus. Atqui si etiam ex-cipiuntur imo & captantur cūm certa qua-dam delectatione, fieri aliter non potest, quin in intimum vsque pectus peruadāt at-que illud ad prauos appetitus impellant. In-de est quod Apostolus ita præcise admonet, vt ne nomina quidem ipsa rerum turpium inter nos audiantur, ne quā videlicet ex no-minis occasione vel scintilla exciretur quæ ad affectus vsq; sensim erepat, quibus ab eius modi igniculis nihil vñquam tutum satis esse possit.

Quod si in istis etiam congressibus vbi omnia ad voluptatem comparantur, iam e-tiam inter se familiarius agant visi & mu-lieres, ac mutuis iam contactibus, osculis, amplexibus, & reliquis illis venetis attribus vtantur, tum demum iacta est alea. Tum proiectus est pudor, singulare illud mulie-bris præcipue sexus ornamentum. Tum ma-lum

lum ipsum apertè grassatur, deiectis videlicet castitatis propugnaculis, prauis nimirū affectibus ita licentiose vagantibus. Quemadmodum enim momento citius sulphur igni admotū succenditur, sic illæ etiam corporum ita male affectorum commissiones quanvis eminus piimum fiant, mutuas facies conferunt, quæ sensus omnes ut occupat ita etiam inuertunt: neque non sinistro & perniciose euénitu ista ut plurimum admittuntur. Tum inquam affectus illi libidinum intenduntur, vbi iam veluti conscijs manibus conuentum creditur, vbi oscula & quæcum illis hærent internuntiæ blanditiæ veluti sponsiones mutuæ propiorum etiamnum complexuum decerpuntur, adeo ut leuiora illa cogitationum initia ac veluti semina in speciem tenuiora, mutuæ illius præsationis occasione admotis iam vltro citroque flâmulis in turpes & obscenæ libidines eruptura sint tandem ac tantum non perruptura, nisi Dominus ipse singulari sua prouidetia nascens incendiū anteuerterat. Sic nempe gliscere peccatum solet, Sic astus suos intendit Satan, vt prauas illas cupiditates exsatiet. Ac proinde non possumus ipsi satis vndiquaque circunspicete, ne quæ videlicet cessando intercipiamur. Nullum inquam periculum contemnendum est vnde-

LII.

cunque appareat. Neque etiam aut illud leuius habendum est, aut nostris vitibus confidendum, aut modo ad actum usque non progrediamur, malum ipsum eleuari posse existimandum est. Siquidem eiusmodi cogitationibus latet nos solet atque adeo fascinare impostor ille Satan, ut omnem maius sensum ac delectum sensim subducat: neque ut nihil minus quam quod res est peruidentes, nos eamus perditum. Etenim nullibi non pertimescendum est periculum, ubi vel tantillum sentimus nos allici ad malum, ad quod plusquam proclives natura sumus. Tenendum potius illud dictum apposite, ex minima quavis scintilla magnum etiam incendium enasci solere: at proinde nos tam facile oblati, quacunque occasione posse corripit, ut vel oculis temere coniectis ingens aliquod damnum accipere possimus. Vires autem nostrae ex sunt scilicet, ut dum nos satis aduersus instans periculum fortes & confirmatos somniamus, nobis ipsis imponamus plurimum. Etenim si proprius aliquando cogrediatur affectus ille innatus qui se non ita facile cessurum simulat, nihil hoc aliud erit quam proditioni aure accommodare: te enim plusquam sponte ad malum rapi, at nunquam sponte ab eo auelli senties. Caue igitur existimes te tam facilè illud ex-
cessum

cussorum, quod semel volens iugum subieris , quin potius nouis stabide laqueis te ipsum artifex Satā induet ut tūm omnino illud Poētæ tibi cōuenire sentias, liber sum, dic age, non quis, vrget enim dominus mētem non lenis, & acres subiectat laslo stimulos versatque negantem. Quod autem ad futurum Deum tibi in eiusmodi casibus polliceris, dum videlicet præscribam ab ipso non insistis viam, frustra sit. Qui enim amat periculum inquit ille, in illo peribit: alius documento futurus quām iusta sit illa cōfidentia pœna. Nunquid accipiet vir ignē in sinū suum inquit Solomo , & non comburen-
tur ipsius vestimenta? An ambitabit vir su-
per prunas , & pedes eius non comburen-
tut? Prudentes vītimam sibi plurimū diffi-
dunt, & quod in causa contagij propter mor-
bum corporis fieri solet, quantumcunque
possunt procul abscedunt ab omni pericu-
li specie, ne longe certiore contagio ap-
petantur. Porro maximè omnium fallimur,
si actus tantum prauos cauendos esse indi-
camus . Ut enim actus aliquis impudicus
re ipsa non subsecuratur , immunis tamen à
peccato non est qui in se se circumfert ap-
petitus adeoque motus prauos, & qui non
respondent illi puritati quām vt Deus le-
ges sua præscribit, sic & illius unus idoneus

Prou. 6.

27.

L IIII.

cognitor ipse est. Quod si præter affectus iam minimè integros, cupiditates etiam ip-
sæ præcipites ferantur, & voluntatē & desi-
deria carnis secum abripiant, omnino corā
Deo totum illud mera scortatio censebitur.
Qui intuitus fuerit mulierem ut eam concū

Math. 5. pīscat, iam adulterat eam in corde suo, ait
ipse Dominus. Proinde vbi de fugiendo pe-
riculo agitur, non satis est si quæ malum ip-
sum proprius contingūt, caueantur, vrq; pec-
catum actuale quod vocant, evitetur, ve-
rum etiam vitandum est quicquid omnino
spectat ad fodiendum fouéduumque ignem
illum cupiditatum qui nobis semper insidia-
tur & inhæret. Imo non erimus etiam ipsi
à culpa immunes, vbi nos quidem illum
ipsum ignem cupiditatum in nobis non per-
senserimus, si tamen occasionem alteri de-
derimus qualiscunque vſtionis. Videndum
enim erat ne & alter factō nostro incideret in
periculum: adeoque Domino ipso auctore
melius ageretur nobiscum, si mola asinaria
ad collum appensa in profundissimū mare
submergeremur, quā si illud admitteremus
vnde occasionem peccandi alteri cuiquam
obtulisse dicamur. Quæ quidem si fa-
tis ex merito expenderentur, reuocarēt nos
ad cortandem aliquando, & inter tot peri-
culorum fluctus & procellas cautos & atten-
tos

tos redderent. Quoties enim fieri potuisse existimamus, ut virgo etiam honesta & beatae morata, & quæ vel ad iupanaris nomen primò cohortuisset, ex occasione in quosdā deinde cœtus vel sermones impudicos sua quadam temeritate incidens, irretita fuerit imprudens Satanæ laqueis, atque inde pudoris naufragium adierit?

Effecta, incommoda, damna saltationum.

C A P V T. X.

IAm vero ad ipsas saltationes de quib^o instituta erat, reuertatur oratio. Illud ergo possumus, saltationes a Satana nominatim inuestigatas esse ut incendiaria in instrumentum, quo nempe cœtus hominum inter se tum pudendis cupiditatibus, tum etiam scortationibus probrosis penitus conflagrarent. Quæ enim singula tantum damni possunt solēntque afferre, vt nimis ordinaria sunt earum rerum exempla, quum simul omnia in saltatione ita concurrunt, vt tum etiam captentur occasiones voluptatum atque totis medullis excipientur, quid possit inde mali consequi, res ipsa nobis tacentibus per se testatur. Quamobrem saltatio e-

L VI.

tiam vtcunque definiri potest, pharmacon
quoddam ex omnibus venenorū specie-
bus auctore Satana cōfectū, quod semel ex-
haustum intima vsque tētā prācordia, Dei
metum extinguit, turpis us animum affecti
bus succēdit, aures, oculos, sensus denique
singulos fascinat atque eousque interuerit,
vt quasi omnes simul ad inuehendum im-
portandum q̄ue in animam peccatum con-
spirent. Saltatio mare quoddam est in quo
anima plenis libicinum velis, libertimo cur-
su raptata circumfertur. Illic commercia vi-
forum cum mulieribus ita vigent, nuspīam
vt ad sese mutuo illectandum plus artis ope-
ræque collocetur. Illic emnia circumfo-
nāt hilaritate licentiesa, qua & auribus cap-
tatur & oculis, & r̄ moto omni pudore, per
niedios ingerit sese, plerisque fortasse aliās
tum viris tum mulieribus vix ausuris quic-
quam quod amatoriū aliquid resiperet vel
summis labris metire. Contactus item in-
decori qui aliis in congressibus locum inue-
nirent nullum, in quibus æditui pudor ca-
stitasque starent, h̄c contra ædituis istis ex-
tra limē ipsum iacentibus prorumpūt, & in
ipso procacitatis & lasciviae regno, obſcœ-
nitas atque protervia suam licentiosissimè
tyrannidem exercent. Oculi porro ibi-
dem liberè vagi in quascunque libuerit in-
ſiliunt,

stitunt, coniugem è manu mariti, virginem
 è matris gremio ex arbitrio libidinis licitan-
 tur; accedunt deinde manuum connexio-
 nes, oscula in propatulo, tanquam mutuae
 quædam subsequentium libidinū sponsio-
 nes. Vique adolescentes illuc nominatim
 nihil reliqui faciunt suis rüstrophis & gyris
 ad summam quandam propensionē erga il-
 las exhibendam quas in eum finem in salta-
 toria scena decerpunt, sic neque illæ
 quoq; suo modo sibi deesse solent, quin &
 suas strenue partes expleant. Ac ne in ipsis
 diversis saltationum speciebus hæreamus,
 quæ hodie *volta* (ex Italico fortasse vel
 barbaro *vertendi* vocabulo) nuncupatur, ita
 saltatur, ut quæ ad illam adhibentur, attol-
 lantur eo vsque, ut oculis adstantiū post posi-
 to omni pudore ad tibiae & crura vsq; fere ip-
 sae retegantur. Singularis autem illa quæ &
Balli nomine à græco *Baμίζειν* designatur,
 tot habet sua periodia, accessus, contractio-
 nes, saltationes, duplicates tripudiationes,
 totidem vt illic extēt internuntij affectuum
 veluti ab repetitorum & moi am viꝝ feren-
 tium. Afferunt denique singulæ species sal-
 tationis quoddā peculiare suū lænocrinum.
 Neque interea tot insolentes gestus sine cla-
 moribus & qnibusdam euantium vocibus
 transmittuntur, vt schola quædam totius in-

L VIII.

sanæ upluptatis illic aperiatur. Imo vero ad sonos vocales accedēt & modi & strepitus instrumentorum musicorum, quorum quum nonnuquam usus in bellis esset Aere cire viros Martemque accendere cantu, nunc contra prorsus adhibentur ad excitandam lasciuiam, accendendas cupiditates, obstruendos sensus, dementandas mentes, metum omnem cogitationemque numinis tollendum, atque uno verbo, iucundo quodam melle soporatum venenum propinandum. Tandem vero ubi plus satis saltatum erit, tantum best ut postremus illius insanæ comedix actus exactus sit, ut contra saltatio partes ipsas quas primum commisit, tum tandem veluti noua gratia inter se conciliatas admoueat proprius atque aperte tamen, & mutuis alloquijs deuinctas retineat. Et adhuc queritur aliquis color tot damnatis gestibus motibusque excusandis, quum ipsum adeo Satanam artificem totius impuritatis cum sua Italia (miserrima isto seculo harum fœditatum obstetricie) ipsum illum inquam Satanam omnes hic suas artes, seque adeo totum expressisse negari non possit? Atque hoc viderat mens illa Chrysostomi longe prouidentissima, quum saltationes & chorreas vera Satanæ illectaniæta, lenocinia, & neficia iampridē in media ecclesia de testare tur.

tur. Durè in speciem à tanto viro ista dicebantur: sed ita tamen se rem habere agnoscet, quisquis ipsam rei veritatem expendet, ut ad vnum illum verum ac præcipuum omnis luxus & fœditatis auctorem saltationes referatur. Etenim pro illa nescio qua oblatione quam illic carpere se somniant malos plerique, totus ipse Satan gestit prægaudio dum ita faciles omnium animos induendos sibi libidinum laqueos, non secus atque hinnuleos in retia ruentes experitur: immo ille ipse vt auceps dolosus inflat ipsemēt tū tibias idēque omnia illa musica tympana pulsat, ut illo suo strepitu male ferriatas animas & vagas stupefaciat, suisque illecebris irretitas peruerat. Proinde totus ille saltantium & circuncrepitantium strepitus nihil aliud est re ipsa quā ostētatio quædam triumphantis Satanæ de totidē animabus euictis atque sub iugum cupidatum missis: non secus atque Lysandrum lacedæmonium muros Atheniensium subruentem tibias quoque & cantū & adjunxisse simul legimus, ut victoriam superbius ostentaret. Quod si quis obiiciat fieri vix posse, ut idem sit tamen omnium ita in speciem insanientium animus, neque adeo singulos perinde Satanæ artibus obnoxios reddi: equidem siquid illic est minus mali,

ad ipsam mali naturā non est referenda est. Perinde enim aperta est noxa; neque vni a- liis fortiores per se censendi sunt, vt ab eius- modi lænociñis non superentur. Adscri- bendum verò potius illud est tum vni Dei miserationi, quæ nonnullos subducit etiam ab incendio communi, & quæ in electorum suorum salutem nullibi non excubat, tum etiam perpetuo illius prouidentiæ nūi ui, quæ vno fit ut ne quiduis etiam liceat impu- rissimis quibusque , ne videlicet momento fusque deque in ipsa societate humana omnia plusquam ferinum in morem permis- ceantur.

Quanquam si vbi a saltatione redditur, explo- rari tū posset quomodo integrissimus quis- que inde pedem referat , vix unus vel alter reperiretur, cuius non cogitatio saltē aliquā etiam libidinis punctiōnēm senserit: non se- cus atque ijs fit, qui quum per medias flam- mas perusserint vel profundiore cōno dē- merſi fuerint, vix ac ne vix quidem non vistulati aliquantum aut cœnosi inde resilue- rint. Atqui vel minima affectus impuri la- bestantundem de vera puritate detrahit co- ram Deo. Verum enim uero vt pauculis qui busdam res nō pessime prorsus cesserit, quo- tulquisque tamen ex maiore saltantium tur- ba non igne illic accenso plus satis inca- leſcit.

lescit? Ex quo sane quid de ipsa rei natura sentiendum sit non minus certo colligitur, quam de morbo contagioso iudicari ex eo solet, quod plures illo infecti per contactum etsi non omnes ad vnum, dicantur. Et ubi de periculo queri solet, illud quod ut plurimum accidere solet, etsi non omnino perinde semper, imputatur. Neque adeo perito nautæ ut nauim ad Syrites appellat persuaseris, etiam si quendam illinc saluum euasisse constiterit. At qui plus satis iam est demonstratum quæ nostra sit ad malum proclivitas, cui coercenda nūquam esse pares possumus. statuamus igitur quod res est, omnes omnino saltationum istarum species totidem esse malorum irritamenta, ac proinde omnibus modis esse nobis fugienda.

Atque illud non ad eos tantum spectat qui ipsimet illic in scœnam prodeunt: nam & eos qui illic adsunt, certum omnino dampnum etiam referre compertū est. Siquidem ut mulieres illic obiectos habent virorum ita ineptientium motus & tripudia, sic vicisim & viri muliercularū & puellarum impudentiam lasciuiae & insolentiæ plenam illic contuentur. Et quis illic est aurum quis oculorum usus, quibus nempe organis Satan omnū maxime tūc abutitur inter miseros illos otio exultates, & cerere & Baccho distertos,

L X I I .

tas , atque immodo luxu gestientes . E quidem intercidet nunquam memoria feralis illius Herodis conuiuij , in quo tamen ipsum saltasse non legitur . Sed heu plus fatis fuit quod miser ille ita nescio quomodo in saltatriculam comptulamque Herodiadis filiam intendit animum , ut ex illò iam præcipiti se suina traxerit ipsius mens , quæ vt cunque ad illud usque tempus ipsi constitisse videri poterat .

Erat nempe scortillum illud Herodis ipsius ex fratre neptis , atque illius Herodiadis filia , quam à Philippo fratre abductam incestus Rex ipse pellegerat : ut vel illud spectaculum cuiuis barbaro horrorem potuerit in cutere . Et tamē Herodes unum illud expectit miris modis , ex quo ipse temulentiam illam animi sibi comparat , qua factum est momento , ut & neque rationis composuerit amplius , neque quis ipse sit , & coram quibus agat meminerit , adeoque detestabilem illam gesticulationem tanti fecerit , ut illius mercedem addixerit vel dimidiam usque partem regni , & tandem longè pretiosius aliquid , caput videlicet insignis Dei serui , Iohannis illius Baptistæ . Evidem vel una historiæ illius recitatione percelli unum quemque oportet , nemo ut satis mirari possit saltationulæ viuis tam fuisse tragicum deinde

deinde exitum. Fecit hoc tamen saltatio , & quidem semel oculis ita admissa , vt toto animo imbibita regem ipsum momento de sede rationis,honestatis, humanitatis denique deiecerit. Neque etiam dubitandum est consciam Herodiadē impuram , & sati doctam quid efficeret apud hominē vanum saltatio , suam illam saltatriculam adorasse , vt non secus atque vel Basiliscus , vel lamia quæpiam , & animos caperet & oculos: atque adeo nullum certius pharmacō illi propinari posse infami illo spectaculo , quo nempe inebriatus & extra se abreptus , totus cupiditatibus foedis atque incestis amplexibus conflagraret , quantumcunque ipsi Ioannes constanter intonaret Dei iudicium . Perdita siquidem illa aditus omnes in Herodis animo obstruxerat , ne qua videlicet rimula sanctis Baptiste vocibus admittēdis superesset. Quod si tanti semel constituit vna illa saltatio obiecta oculis plusquam miseri illius regis , quis iam ita se obfirmatū aduersus eiusmodi illecebram statuet , vt numerosam etiā saltantium tū virorū tū mulierularum choream & oculo irretorto & integra mente contueri possit ? Imo vero , ait ille , mulierē cantatricem ne frequentes , ne forte artibus eius capiaris. Vel vna enim illi⁹ vocula eiusmodi insinuat se in aures , &

LXIII.

animos malè cantorū, simulatq; cū delectatione aliqua admisi fuerit. Quo etiā pertinet illud q; de vivis narratur, qui nisi a Circe illa satis sibi cauisset, vixisset & ipse cum sociis canis immundus, & amica luto sus. Iā veroibi ad vocem mulieris modulatam adiuncti sunt & proterui motus, atque inde & autres inescantur & irretiuntur oculi, & sensus reliqui semel illectintur, quis iam illā potest impenetrabili pudore pertransire? Proinde consultissimum illis est qui sibi & a periculo cauendum statuunt, & ab omni mali occasione, vt ab istiusmodis spectaculis omnem in modum abstineant: quod si forte per incogitantiam in illa inciderint, vt & quā primū, & quam procul fieri potest, vt in causa contagij fieri solet, se se suaque inde subducant.

Hic vero compellandi sunt ipsimet illi, qui saltando alijs oblectationem afferre se sibi persuadent. Neque enim ignoramus quale sit hīc etiam humanum ingenium, & ut ad eleuandum malum male se ingeniosum ostendar. Ego vero, inquiet saltator, dum hoc facio, possum testari me affectu prauo non titillari. Detur sanè te non prossus mentiri: at qui de eo non ita affirmare possis, nempe nullam à te saltate obiectā cuiquam mali occasionem. Quod enim fa-

LXV.

ille te videt facientem , non minus illi nocere potest , atque si venenum , quo ipse nolles vti , ipsi tamen incauto propires . Porro quā male sibi consulunt plerique omnes in illis occasionibus , maximē vbi hinc & illinc quasi compelli se sentiunt , epulis onusti , auribus illecti , tota denique carnis mente in voluptatem intenta ? Cedo enim quis possit esse virginis etiam honestæ sensus , vbi sese præ cæteris ad saltationem delectam à iuuenie nouerit : an non videlicet conscientia iam sibi futura sit , nō temere se ab illo tū ita notatam ac veluti decerptam videri ? Quid , dum osculo primum tenello , dū prehensione molliuscula se exceptā , produci deinde , & perpetuis oculis gestibus que saltitantis obseruari atque illectari videt : dum , inquam , vicissim & ipsa quantum in se est , ad numerū saltationis sese exercens augeri vicissim vel aecendi potius saltatoris illius sibi commissi ardorem notat , ecquid illius tūm puellæ menti obuersari potest , quām quod res ipsa loquitur , ipsius nimicum ergo iuuenem ipsū in tot se vertere formas , ac proinde concepta intus amoris infœlicis flamma quām sati dissimulare non possit illa iam tum occasione exæstuare ? Quis præterea non vnum aliquem , sed nullum non potius qui & ad ista spectanda interfuerit , eodem

e j.

LXVI.

etiam igne illo correptum iri non existimatuerit, qui semel oculos defixerit in ipsam illum virginem reiecta facie, nullo pudoris velo sese operosa etiam saltatione toti coronæ venditantem? Nemo tūm, scilicet, nō cauebit sibi, & tot illas venetis artes securus atque integer euitabit? Atqui si apud te ipsum sentis posse à te offerri alteri vel occasionē malætiā cogitationis, qua conscientia illud admittis, quod potius neque satis detestari ipse possis, neque illius occasionē qualemcumque à te ipso primum omnium auerteres?

Et quod in virgine illa saltatrice notavimus, non minus etiam ad adolescentes ipsos transferri potest. Vtrinque enim idem omnino exemplum, idem etiam malum sollet inferre. Dum enim saltandovnum illud quæsieris, nempe ut quibusvis gestibus ad amentiam usque expressis risum alijs commoueas, vide sis interim ne scintillæ quædā perniciose irritatrices exierint undequaque quæ nec magis tibi ipsi quam alijs pepercerint. Atqui longè aliter nomine christiano cœlsemur. Ne regnet peccatū, inquit Apusto

Roma⁶, 12. lus, in mortali vestro corpore, ne cuiquam occasionem offendionis ullam præbetote.

Coloss.³, 5. Mortificate vestra illa terrestria membra; obstruite vndeique omnes aditus aduersario

&

& artibus ipsius : Incedite circumspectè per dies malos : Estote reliquis exemplo ad bonum capessendum . Quantùm potro illud tibi videtur esse, si tua occasione ille pereat, propter quem Christus mortuus est ?

Sed demus etiam fieri posse ut illi interfiant saltationi ad quos nulla inde scandali occasio pertinere possit . Atqui ex eo consequetur tanto magis insanire illos qui apud honestos & sapientes saltare audeant . Quemadmodum enim saltationis spectaculū stultos periculo admouebit, dum eiusmodi lasciuis et illestantis capientur : contra etiam fiet , ut qui sapient, quo magis aduersus eiusmodi corruptelas obfirmati erunt, eo magis & illas detestentur, & earum occasionses cum ipsis auctoribus damnent . Quocunque igitur te conuertas , imminet semper periculum . Si coram illis saltes, qui inde facile accenduntur ad malum , proximo (quantum in te est) causam exitus affers . Sin verò coram illis quibus mens melius constet , pessimè honori tuo consulis . Neque enim isti eo spectaculo offensi de externa insolentia tantum iudicium ferēt , sed & affectus & cogitationes tuas ut parum honestas pudicasque dispungent . Decorum porro bene morati adolescentis illud imprimis est , ut in actionibus suis

L X V I I I .

moderatum se & compositum præstans
 sum cœtus fugiat atque omnes lasciuiendi
 occasiones , adsideat prudentum & ætate
 prouectorum lateri , otium vitet , vanus ne
 sit, sed potius honestis rebus & quæ ad vir-
 tutem ducent sese addicat,nihil quod turpe
 sit & honestati repugnet lubenter auribus
 etiam admittat. His nempe moribus honor
 & commendatio parantur. Virgo item quæ
 domum seruabit, curabit quæ se decent , se-
 ipsam ostentare medijs cœtibus nō gestiet,
 submissa & moderata erit vt placere non
 querat,& sermonem , & manus , & oculos
 componet,alloquia iuuenum ad fallendum
 tempus non captabit, vanis fabellis & pecca-
 te docentibus narrat junculus abstinebit, ne
 minimam quidē impudicitia vocē nō etiā
 susurrum feret,quin potius conseio rubore
 suffusa dicto citius inde sese subducet , illa
 perinde etiam prudens & honesta feretur.

Potro nihil istorum in saltatione quæ-
 rendum est. Quæ enim illic inter adolescen-
 tes & virgines transiguntur , vti non semel
 à nobis iam ante sunt dispuncta, uon modò
 aliquam sinistræ notæ aspersiōnem relin-
 quunt, sed & punctiones & praua desideria
 vt plurimum infiunt , Eo etiam pertinent
 ætatis, loci, temporis circumstantiæ quæ vi-
 delicet singula totidem sunt faces accersitæ
ad

LXIX.

13

ad illos mores excitandos, qui iam ferè per se æstum suum circunferunt. Virginē verò cursitatio & cætuum frequentatio minime omnium commendare solent, quum nominatim & verbo Dei ~~ex~~ esse præcipiatur, & sexus ipse pudorem ac verecūdiam quasi comites perpetuas adsignet. Saltatio igitur & tripudiatio cum vultu elato coniuncta in publico ad præbenduni alijs oblectationem, vanam, amentem, proiecti pudoris, nimā denique coarguet. Omnino enim adit illa certum pudoris periculum, tūm etiam alijs matuas ejaculatur faces libidinum, tūm mutuis illis blanditijs inter iuuenes vltro citrōque transmissis tota veluti in lasciuiam diffunditur. Quod si honoris studiū & pretium tanti esset quanti vulgo iactatur, non ita temere ad saltandum quisquam profiliret. Christianorum verò peculiaris est ratio illa atque adeo strictior, quod injunctum sibi audiunt, vt honesta procurarent apud omnes, bonum item ab omnibus referant testimonium: & quod ad ea quæ mala sunt spectat, etiam ab omni specie mali abstinentia sibi intelligant. Quod autē ad coniugatos attinet, vix aliud quicquam ipsorum conditioni atque officio magis repugnat quam saltatio. Etenim illa manuum mutua libertiōque connexio con-

e iij.

Tir. 2. 5.

LXX.

iuugalem societatem vna imprimis decet & quodammodo exhibet, vt pote qua testetur ius illud q̄ vir habet in vxori quo se se ip̄i eo nomine adixerit, ac proinde illa in manum viri transitio, illo velut sigillo confirmetur. Idem vero esse debet iudicium, tum de osculis mutuis, tum de amplexibus illis simplicioribus, quantumquidem illi tolerari possunt. Aut enim coniugalem illam benevolentiam ista spirent oportet, aut honeste admitti non possunt. Quod quidem ex illo historiæ Isaaci & Rebeccæ loco constat, vbi ex peculiari quadam familiaritate qua inter se uterentur, a rege ipso comprehensi sunt esse quod erant, vir & vxor nempe, non autē ne frater quidem & soror, quod ipsi suo eam in regionem aduentu obtenderant. Quamobrem si in eius fidei coniugalis symboli consortium vir vel mulier extraneum quempiam admittant, tantumdem de fœderis illius arcani vi & iure decisum esse illa occasione dici potest. Neque vero ignotæ sunt zelotypiæ, morbi inquam animorum qui ut plurimum inde procreantur, & coniugia mirum in modum perturbant, maximè apud teneriora ingenia, neque cessante ex sua parte tum ipso Satana, neque etiam flabellis occasionum etiam leuiorum, quæ ad illas ægritudines accedant.

Gen. 26.

L X X I.

dant. Ut igitur alia illa tot pericula quæ saltatio circumfert inter personas quas solutas vocant, nos veniant in rationem, non potest tamen satis istud pro merito expendi, quod inter coniugatos, si quid illis cerebri est, vitari nullo pacto possit. Quibus nepe oculis vel vxorem vir, vel vxor virum per occasionem saltationis ita cum mutui sexus persona animaduertet, vt omnibus modis illi saltare, illi ridere, blandiri denique & plusquam simplici delectationi esse gestiat, quin statim zelotypia corripiatur, qua fortasse expedire se nunquam possit. Ac si ad illud malum virilis sexus est procliuis, quid de muliebri statuendum, qui etiam nulla plerunque ex causa non commouetur modo, sed etiam extra metas ac fines rationis vel momento abripitur? Atque ut illud non ita contingat omnibus, (vt certè dominus multa eiusmodi pericula in coniugij gratiam auertit plurimum) manet illud tamen rem ipsam per se in pessimam partem accipi & posse & non raro solere, vt vel magistra experientia illam fugere discant qui sapere volent. Perstrinximus supra historiam impotentis illius Micholis quæ ita aduersus Sanctissimum Damidem inuecta est ex occasione saltatio-

L X X I I.

nis præpostorè omnino ab ipsa obseruatæ,
inter quam tamen & Dauidem bene sarciri
vix vnquā potuit gratia & affectus cōiugalis.
Quid si verò aliud quiddam accidisset Da-
uidi quod indomito illi animali vel minimā
de ipso expostulandi ansam præbuisset, vt si
(verbi gratia) singularem Dauidis cum alia
quapiam muliercula ad cytharæ strepitum
saltationem, insolenti nostrorum gestu, ipsi
imputare potuisset?

In summa igitur, quo^cunque te vertas,
saltationem rem esse & periculi plenam, &
cum tristi euentu plerunque coniunctam
cōstabit. Quod si quibus videtur ista à nobis
scrupulosius dispungi, quæ quidem ita se ha-
bere sibi in animum inducere non possint,
illi verò sic habeant, quod idem quod nos
non sentiant, in causa esse tum peccati deli-
tias quæ ip̄os excæatos tenent, tum etiam
vsum ipsum rei malæ quo sensns eorum iam
pridem hebetantur. Neque enim omnia pe-
ricula, neque adeo illa quæ grauiora etiam
merito censeri debent, recensuimus. Quam
enim non nemo est, qui amoris artem exer-
cit, id est, libidinē cum quadam explere co-
gitat, qui tamen non ita facile eo peruenire
potest ut suis ad plenum amoribus perfrua-
tur, siue quod obseruari aditus à puellæ ma-
tre me-

LXXXIII.

tre metuat, siue quod vereatur ne detectus
 traducatur aliorum sermonibus, siue quod
 vxorem alterius captans, mariti solicitudi-
 nem & suspiciones sibi obstat sentiat? At-
 qui vna saltationis ineundæ occasio omnes
 istas difficultates expediet, non secus atque
 velamen obiectum vel fascinum oblatum
 illi à quo sibi timuit, ut iam quod illic faciat,
 nulla cuiusquam offensione facere posse exi-
 stimetur. Si quidem mater quæ producit ad
 saltationem filiam, elocat illam quodam-
 modo atque permitit illi qui cunque sit, qui
 eam sibi adscriverit saltationis consortem:
 exponit illam publico omnium conspectui
 haud paulò indignius, quam si pudorem &
 integritatem ipsius licitationi committeret.
 Quod enim illic videt adolescentem tam fa-
 miliariter præsentem filiam, quod omnes a-
 matorias artes illic explicantem, quod præ-
 ludia quædam impudicorum amplexuum
 illic instituentem, illud nullo modo anno-
 tat, neque scrutatur: saltatio enim ista om-
 nia & cōplectitur & diluit simul. Sic etiam
 res ut plurimum cedit marito, qui ad salta-
 tionem quaque suam ipse sciens volensque
 uxorem blande perducit. Quod si quis reli-
 quus pudor, si quis honesti sensus vspiam
 superesset, si quæ peccati seria detestatio,
 quis non vel ad minimum istus lasciuix au-

LXXIIII.

ditum percellatur atque adeo cohorrescat? quis, inquam, tam turpes & pudendos mortus non improbarer? quis tam aperta scor-
tationis illectamenta non ab horreret? quis infames illos totius pudoris scopulos non omnibus remis & veli cauendos effugien-
dosque vociferaretur?

*Opponitur saltatio exemplis & actio-
nibus ad virtutem pertinentibus.*

CAPVT XI.

ATQUE quum ista quæ habuimus ha-
ctenus cui malo saltationes exercean-
tur ostenderint, nunc illud etiam exequa-
mur, annon etiam aliquid omnino commo-
di ex saltationibus elici possit, vt vel qua-
damtenus bono malum compensetur, aut
de mali ipsius pondere nonihil detrahatur.
Quum enim res ista ex earum genere sit quæ
seria ducunt in mala, absit à nobis vt aliam
quæ nos decet, bonam fidem præ-
stemos, dum quæcumque ad illam, vt par-
est, discutiendam faciunt, conjectamur.
Omnino igitur tria quædam ista sunt ex
quibus de rebus omnibus iudicare sincere
possimus: vocatio nempe nostra, proximi
adificatione,

LXXV.

ædificatio, ac tandem (quod summum est omnium) Dei ipsius honor & gloria in rationem h̄ic venire debent, vt quantum illud de quo iudicium faciendum est, istis vel respondet vel repugnat, de eo etiam in hac vel in illam partem pronuncietur. Vocatio-
 nis porro nostræ fines certi sunt, imprimis ut peccatum, a quo exempti liberati que sumus incomparabili Dei miseratione, eo vsque ex osum habeamus, vt vel à minima illius specie penitus abstineamus, quo videlicet quāta maxima cum cautione poterimus sanctificationi nostræ & animo & corpore vacemus: ne configuremur isti sèculo, sed potius vnam Dei voluntatem pro lege præfixam habeamus, vt rectè componantur singulæ virtutæ nostræ partes: atque insuper vt toti cœlestiū rerū desiderio & affectu quasi à mundo reuocati, nulla tenus affixi habeamus amplius vanis istius seculi oblectamētis. Iana si ad illos Christianæ vocationis fines exigātur quæ de saltatione connotata sunt, nihil ex diametro repugnantius dari posse deprehēdemus. Quid enim habet simile sanctimonia cum tot flagitorum speciebus & malorum irritamentis? Quid Dei voluntas cum gestibus illis & motibus prophani? Num que hoc præse ferat saltatio vt omnino testetur intimos usque affectus humili defixos

ac tan-

LXXVI.

ac tantum non immersos hærete, nihil illic superesse constat quod cœlestia sparet. Iam si ad proximi edificationē veniēdū sit, omnia etiam in saltatione ad illam subruendam facere manifestum est. Quæ enim Euangelij fructus edunt opera & exempla, quæ ad alios ad Euangelij amorem vel ardenter studium pertrahendos valerent, si quæ ad peccati odium, & flagitij fugam pertinencia extarent illic, ea de munus ædificationis honorato nomine complecti par & æquum esset. At qui hæc emnia semel ita profligantur in scena saltatoria, ut non modo eos qui à nobis alieniores sunt, sed & infirmiores ex nostris etiam offendи contingat, vt minus iam bene de nostra professione sentiat, dum inter nostros saltatores nihil non malum nominis agnoscunt. Et quod ad Dei gloriam attinet, nemo non per se videt quām prorsus illi aduersetur quidquid saltatio complectitur.

Atqui non ita præcise, dicer aliquis, res illæ leuiores, & quæ oblectationis gratia fiunt, ad fines istos Christianæ vocationis exigendæ essent. Appositè vero, quum eousque pertineat mandatum Domini, vt 1. Cor. 10 circumspetè nos geramus in omnibus. Siue enim edatis, inquit Apostolus, siue bibatis, siue quid aliud agatis, emnia ad Dei gloriam

LXXVII.

14

tiam agite : Non perstringit quidem illic oblectationem : sed tamen eadem ratio in illa valere debet, quæ & in reliquis quas illic notat vitæ partibus. Nominatim autem dum dicit omnia, nihil prorsus excipi patitur. Quamobrem ut honestæ alicuius recreatio-
nis gratia tum corpus à labore remittendum erit, tum etiam animus a rebus grauiori-
bus relaxandus , ex eo non consequitur
aliquid perinde etiam de eo intermitte fas
esse, in quo Dei gloria versetur. Hic si quæ-
ritur, quantum ad Dei gloriam referri pos-
sint liberæ quædam oblectationes , respon-
sio à similibus exemplis expedita erit , ab
iis nempe rebus quas illic notat Apostolus.
siquidem & edimus & bibimus ut Deum in
illis rebus glorificemus , quatenus non ve-
edamus viuimus , sed ut viuamus edimus ,
ut viuendo Dei gloriae inferuiamus. Vtimur
igitur bonis Dei creaturis , ut inde habe-
mus unde Deum celebremus illarum vide-
licet nostri gratia & conditorem & datorē,
quum sobrietatem & honestatem in illarum
usu retinemus , & quantum in nobis est,
immoderationem , luxum , mali denique
speciem omnē procula nobis alegamus, at-
que: in summas quū illud agimus ut qui no-
stræ conuersationis testes esse possunt , nul-
lam occasionem in nobis deprehēdant, quæ

LXXVIII.

non illos invitet ad Deum cui viuimus & cuius gloriæ inseruimus, agnoscendum atque celebrandum. Hæc est nempe cibi honeste capiendi legitima ratio, quæ quidem & ad oblationem accommodanda est, ut & illa nempe iustis finibus contineatur. quid ergo respōdebunt Saltationum patro- ni, si illos semel fines ipsis etiamcir cunscripterimus? Quis enim est illorum scopus, nisi ut sese misere ostentent dum prodeunt in saltationem, nisi tamen , ut sit plurimum, aliquid etiam deterius saltationi ipsi adhæ- reat, ipsamet nempe saltandi ratio tota va- nitate perstrepit , insolentia , illectamentis mali : fructus vero , grauia omnino damna pudoris, pudicitiæ, existimationis. Frustra et go illic Dei gloriæ locus aliquis superesse somniatur, vbi nihil extat quod illi omnino non repugnet. Quod si neque vocationi christianæ respondet saltatio, neque chari- tati vel ædificationi proximi, neque multo minus Dei ipsis gloriæ, cedo, cui bono il- lœ tandem usurpabuntur? Notandus verò & alter ille apostoli locus . Quæcunque in- quirit, vera sunt, quæcunque veneranda, iu- Philip.4 sta, pura, amabilia, boni nominis, si qua virtus, si qua laus, iis omnino incumbite. Eligant verò ex istis omnibus nostri salta- tores ad quodnam istorum capitum suas sint

L XXIX.

48

sint choreas relaturi. Verumne aliquid nobis indicabunt, vbi mera vanitas & amnesia detegitur? venerandum porro illud afferent, quod gesticulationes histrionicas prorsus exhibet? purum ne aliquid etiam aut reatum, aut à virtute commendatum profarent inter tot fœditates, scādala, & infelicitissimè fœcundam segetem tot vndique flagitiorū? Perinde vero laudatum aliquid aut boni nominis aut appetendum illic nobis adsignaturi sunt scilicet, vbi perpetua semina suspicionum & malorum exemplorum germinant ex crescuntque, quemadmodum & supra à nobis demonstratum esse confidimus. Ex quibus illud efficitur planè, saltationes nullo modo pertinere ad vlla opera quæ quidem bona censenda sint: quando quidem neque finibus illis, neque regulis comprehenduntur, ex quibus de rebus aut actionibus probis & honestis recte potest iudicari.

*Exempla saltationum quæ in scriptura
damnantur.*

CAPVT XII.

ET tamen vbi se legitimis fundamentis saltationum patroni dēstitutos sentiūt,

LXXX

exemplis sese tueri fortasse audebunt. At qui quum ad euertendas iuris communis regulas exempla nullum momentum habeant, nisi quid valde sit extraordinarium, age, ferantur etiam si quæ extant exempla proprio saltationibus, quæ quidem respondeant argumento quo de agitur, neque toto genere ab eo dissideant: quod quidem in ratione disputandi obseruandi satis notum est. Ut enim varia ex scripturis exempla saltationum adducat, nihil agunt: quum videlicet & causa & effecta, & circumstantiae ipsæ denique diuersissimæ sint. Neque enim eiusdem generis sunt choreæ illæ sanctissimæ mulierum Israeliticarum liberatione ipsam Aegiptiacam celebrantium, atque illæ quæ advitulum aureum editæ sunt. non item illa Davidis apud arcam Domini saltatio vlo modo conferenda est cum prædonum Amalekitarum post spoliatos si kelegitas saltationibus. Quum igitur ista nihil inter se habeant affine, frustra ad sustinendam malam causam promiscue congeruntur. Proferenda essent vero quædam eiusmodi exempla veterum ex scriptura, quæ cum nostris saltationibus responderent, quæ videlicet vni oblationi inseruiunt tum saltantium tum & spectantium, quæ post epulas producuntur, vbi Dei metus & sensus

LXXXI.

43

fus omnis subducitur. Quorsum vero ad istam proteruiam eleuandā exempla Mariæ sororis Mosis, quorsum Dauidis, quorsūludithæ, & si quæ similia sunt, cōnotantur? Prodeant vero potius & frontem hīc aperiant illæ ipsæ nostrarum saltationum veluti matres atq; auiae, Saltatio nempe advitulum aureum, saltatio prædonum Amalekitarum, saltatio item Salomes Herodiadis filiæ: atque vt ad vsum nostrum istiusmodi exempla referanrus, rem ipsam ex scripturæ contextu repetamus. Et surrexerunt (inquit Exo.22.6 Moses) summo mane, & obtulerunt holocausta, & admouerunt hostias pacificas. Tū sed sit populus vt ederet ac biberet: tum demum surrexerunt vt luderent. Non fit illuc quidem mentio diserta saltationum. Verum, vti etiam supra perstrinximus, omnino illud *Iudendis* verbum ad saltationem referendum est. Neque enim ab epulis consurrexisse dicerentur alia de causa, quām quod expeditiores esse vellent, seseq; accingerent ad proteruiam & lasciuiam eiusmodi exercendæ, quæ propriè in saltatione posita est. Deinde satis probabile est, solennes illic editos ludos fuisse quales apud Aegyptios ipsi primū spectare potuerant. Porro apud Ethnicos tripudia & saltationes in honorem Deorum usurpari solita esse, extra
f j.

LXXXII.

controversiam est quum ab Aegyptiis & colluuiie orientis in Græciam illa nefanda sacra cum idolorum cultus transuerterent. Denique quum subiicitur in ipsa historia, Mosem audiuisse vocem cantus, vidisse vitulum & chotos, qui nempe ad sonitum tibiarum eabantur, eo q[uod] populus lusisse dicitur saltasse omnino significatur. Præcesserant epulæ, subsecuta est exhilaratio lasciva & pudenda promiscui sexus atque cum eiusmodi strepitu, ut Iosue cum Mose descendens etiam motum aliquem ex citatum esse per Mosis absentiam coniectaret. Atqui ubi modestæ saltationis alibi meminit scriptura, tum separatim mentione fieri solet hinc virorum, mulierum illinc. In deserto autem nihil tale notatur accidisse: sed omnia potius illic edita sunt perulantiæ testimonia, qualia prorsus etiam nostræ habent saltationes. Sikelegitarum quoque latronum factum supra perstrinximus, quod satiis etiam nostrorum respondet insolentiæ, ubi nempe ocio & epulis graues choreis deinde indulgent, & toti voluptate diffluunt. Illud porro alterum saltationis dñatæ in conuiuio Herodis exhibetæ exemplum aperiens est, quam ut obiter tantum connotari mereatur, ut etiam non semel eam ob rem à nobis citatur. Aulicæ nimjrum libidi-

nes illic vndique prodeunt : illa autem ipsa saltatio feralis ipsius scenæ ultimæ actū exequitur . Hoc illud est quod suo iam seculo conquerebatur propheta, Cythara & N^a Isaiæ. blium, tympanum & tibia & vinum sunt in conuiuiis eorum , opus autem Domini non attendunt . Quod si non ita erant Isaiæ seculo musicis illis tonis adiunctæ lasciuæ saltationes , non longè tamen à nostris iam moribus abfuisse videtur tot illa organa & musici concentus: maximè inquā, ubi subiicitur mentionem illic Dei omnem prorsus extinctā fuisse. Atque ex iis satis constat aut nihil ex scriptura afferri posse quod ad saltationes nostras pertineat , aut si quid affertur, illud si rectè expenditur communi damnatione nostras quoque inuoluere, utpote quæ illas veteres à spiritu sancto damnatas ut filiae matres omnino referant . Proinde ut de iisdem moribus idem feratur iudicium , oblectationes semel istæ ad vnos pertinent idololatras, prophanos, ebriosos, turpes, impudicos, epulones, ventri, & gulæ deditos , atque illos adeo qui omni Dei timore vacui sunt . Quod autem vel saltationes ipsæ, vel quæ eam comitantur epulæ & strepitus musici Deo sint intolerabiles , euincit manifeste locus ille prophetæ ubi simul ista coniunguntur : nam & ante versum illum quem

LXXXIIL

suprahabuimus, ille præcedebat, Vx, inquit, iis qui summo mane surgunt, inebratiua sectantur, & qui immorantur usque ad crepusculum, donec vinum æstuare faciat eos. Hic igitur usus est exemplorum scripturæ, quibus perdita sæculi illius luxuria ad omnem memoriam posteritati traducitur.

Scriptura ipsa aduersus saltationes disertè producitur.

CAPVT. XIII.

ET quoniam vix quidquam satis esse sollet proteruis istis ingeniis ut de mala causa ut cunque decedant, age, proferamus insuper locos ipsos scripturæ, quibus diserte ista omnis insolentia damnatur. Certe illud iam non caret insigni refractarij ingenij nota, ubi Dei ipsius os quodammodo interpellatur in rebus ita iam & apertis, & comploratis. Etenim si iam à nobis demotratum est & causas saltationum, & ipsum illatum specimen, & effecta denique indignissima esse nomine christiano, nisi vero eo sati euictum est illas igitur verbo Dei constanter damnari, nescio ego quid satis denique verbi ipsius Dei auctoritate conuinciri pos-

ci possit. Omnino enim tum ex generalibus scripturæ positionibus, tum ex ipsis eiusdem rei exemplis constituendum est iudicium de particularibus actionibus, quantumvis diserta ipsarum mentio non extet semper in scriptura. Siquidem scripturam imēsam esse oporteret, si peculiares malorum motæ sigillatim illic dispunctæ requireretur, præsertim quum adeo fœcundū sit humānum ingeniuū, ut noua in dies specimina & fructus innatae prauitatis edere nunquā desi nat. Ecquis est igitur ille pudor, si quis népe exigat ut totidem verbis notatum extet verbo Dei, quod illius veritati repugnare satis iam constat, ut de saltationibus ita se ré habere contendimus? Sed tamen vbi ipsammet scripturam protulerimus, nullus supererit disceptandi locus. Ut interdiu, inquit Apostolus, composite ambulemus: Abijciamus opera tenebrarum, & induamur habitu qui luci conueniat: quasi hoc velit, nostram nem pe ætatem id est christianam alios, sanctos mōres postulare, neq; quales in præcedenti cætitate palpando prætulimus: neque, inquit, in comedationibus & ebrietatibus, neque in cubilibus ac proteruijs. Cui etiam apostole succinit alter Apostolus. Plus satis est nobis Inquit, quod anteacto vitæ tempore libidines gentium patrauerimus, quum in-

Rom. 13.

1. Petr. 4.

LXXXV I.

sed eremus in proteruiis, cupiditatibus, vino-
 lentijs, comedationibus, compotationibus,
 & nefarijs simulacrorum cultibus. Quam-
 obrem illi non concurrentibus nobis ad eā-
 dem luxus, profusionem, peregrinari sibi vi-
 dentur: id est occasionem inde captant of-
 fensionis, quod videlicet mores mutaueri-
 mus. Evidem non sit illic mentio vocis
 ipsius saltationis, ut totidem verbis damne-
 tur: sed tamen si verba ipsa rite expendan-
 tur, damnari saltationes & tripudia manife-
 stum erit. Quid enim sibi volunt illæ voces,
 Proteruiæ, comedationis, atque adeo luxus?
 Ut enim generaliorem notionem habeant,
 & multa complectantur exempla flagitio-
 rum, contendimus tamen ad nostras falta-
 tiones ita omnino pertinere, ut certius illæ
 nominatim edi vix potuerint. Quod si illo-
 rum patroni hoc satis non agnoscunt, re-
 spondent vero quid proteruiarum nomine
 veniat, vbi tā diserte & cupiditatib⁹ & vino-
 lentijs adiunguntur? Saltē igitur Pro-
 teruias referri fatebuntur ad turpes quos uis
 actus hominum depravatorum & effræniū,
 ad lasciuias & luxus voluptuosorum, atque
 in summam ad omnes fluxos mores & per-
 ditos, qui sobrietati, modestiæ, puritati pudici-
 citatiæ ex diametro repugnant. Iterum vrge-
 bimus ut edant qui sint gestus ebriosorum
 qui

qui item lasciuorum & impudicorum, quales
nempe istis vocibus designantur. Nempe
hoc illis ordinarium est, ut in solecant sub-
fultando, proteruiendo, cantillando: istis ve-
ro, ut verbis turpibus vtanuntur, contactus ad-
hibeant indecoros, illecent denique & os-
cula offerant, modulos edant lasciuos, in
motus incompositos ad oblectationem alijs
comparandam ferantur. Hic tandem ha-
reant necesse est, quando tot illi gestus quos
nunc primum expressimus, ipsam saltatione
ita constituunt, ut veluti illarum anima cen-
seri possint. Ac proinde proteruiatū nomi-
ne saltationes venire extra controvēsiā
esse debet, dum videlicet sub notatione ge-
neraliori ea quæ & illi subiacet cōprehensa
intelligitur, qua nempe lasciuiae & id genus
amentiae exempla cōnotantur, quæ gene-
raliori acceptione ad proteruias & effrānes
quosuis actus referuntur. Tandem igitur
saltationes quoque scriptura nominatim
damnari euincemus. Quod si ne hoc quidem
satis esse videtur, veniamus ad alteram illā
vocem, confessionum nempe & vinolen-
tiarum. Pertinet enim vox illa omnino ad
eius generis epulas & conuiuia quæ nomi-
natim in festis illis solennibus adhibeban-
ur, ubi satis constat nihil reliqui fieri soli-
tum ad extremam lasciuiam & fœditatem
f. iiiij.

LXXXVIII.

designandam. Imo etiam ad saltationem quoque exprimendam aliquando refertur. Quod vel ex ipso Numinis illius sui nomine qui **Kōos** nuncupabatur, confirmari potest : qui quidem apud illos habebatur comessionum nocturnarum & saltationum præses: vnde & **Kōos** iuuenilem procacitatem & intemperantia festum dicebant concinna significatione & **χρέος** id est saltatorem **Lyæo** adiungebant, quod perpetua sit quædam istorum inter se affinitas. Proinde ex propria comessionis notatione ex græco repetita, tum violentiam tum saltationem perstringi contendimus : illud vero hic etiam ex pendi velimus, Apostolum nempe utrumque proteruas comessiones locis illis citatis referre ad eorum flagitorum classem, quæ vere opera tenebratum appellantur, quæ etiam pudendas gentium libidines referant, quæque eos vnosdecent qui ad omnem luxus cōfusionē ferantur præcipes. Habemus igitur disertos scripturæ locos, quibus non tantum carpuntur saltationes, sed adeo grauiter traducuntur, nihil ut certius appositiusue proferri potuerit ad excitandum extremum illarum qdium in animis omnium qui serio hoc vnum cogitant, ut ne amplius consecutentur opera illa tenebra-

brarum, neque gentium cupiditates, neque luxus profusionem, sed ut a peccato desistant, Dei voluntatem præstent, atque ut interdiu composite incedant. Iam vero illud vnum superesse videtur, ut tam certis probationibus ad damnandas saltationes ex scripturis editis, veterum quoque iudicium atque sententiam adscribamus. Quod tamen ita fiet a nobis, ut salua semper vni Dei verbo sua illa maneat auctoritas, utpote quæ vna per se pronunciet quid retinendum vel respuendum sit, neque hominum suffragia expectet. Demus igitur hoc difficilioribus quibusdam ingenij. Neque enim nos latet quam importunè agerè plerisque videamus in ista causa saltatoria persequenda, quasi videlicet censoria quadam virgulas res istas notaremus, atque aduersus Ecclesias nobis commissas rigore inaudito veteremur. Atqui si semel audiantur veterū illorum melioris notæ patrum voces atque sententiæ, tum demum nemini non constabit nos hīc illud vnum agere, ut eorumdem vestigia relegamus, qui quidem quum omnes sui sacerduli corruptelas semel sublatas esse percuperent, choreas & saltationes nominatim perstrinxerunt. Citabuntur ergo tum Græci ipsi tum & Latini Patres, ut in minc illo venerando in Ecclesia censemur.

Sed tamen ut & rei ipsius indignitas extet apertius, ne prophanos quidem testes, sed tamē magni & illos inter suos nominis, hīc etiam omittemus.

Testimonia veterum ethnicorum aduersus saltationes.

CAPVT XIV.

ERGO si qua vspiam apud prophanos extiterunt virtutum lumina, Romanis imprimis illud testimonium ferendū est. Græca enim illa gens ut plurimum leuicula visa est, vana, voluptuosa, & ut Asiae vicinior, in Asiaticam etiam mollitiem tota di fluxit. In historia vero Romana emicant scintillæ quamplurimæ egregiarum illarum virtutum, continentia imprimis atque sobrietatis: vnde etiam constat iam ab ipsis illius Reip. primis incunabulis dedisse Romanos omnē operā ut cū turpibus illis moribus & qui ad effemina dona homines & vitiis immergendos tantum pertinent, sui nihil haberent commune. Atqne inter cætera laudatae illius institutionis exempla, singulariter profecto illud est, quod saltationes summo odio sint prosecuti. Adeoque quum nomine su-

ne superstitionis cuiusdam à Græcia in urbem Romam subreptim immisisset se se mos quidam, nempe ut in Bacchanalibus viri mulieribus permisti saltitarent, omni nem eiusmodi siue cultum, siue ritum simul ac semel extra urbem eiecerunt, ne quid detrimenti grauioris inde cosequeretur, quod ipsam Rem pub. momento peruerteret. Vnde etiam neque apud illos bene audiebat, qui saltasse perhiberetur. Viguit denique ista integritas Romana ad saeculum usque Ciceronis, vidente iam tamen Republica, & à natu illa superioris memorie virtute deficiente. Sic enim ille aduersus Catonē pro Muræ na. Saltatorem appellat L. Muræna Cato: maledictum est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falso, maledici conuiciatoris. Quare cum ista sis auctoritate, nō debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurratum aliquo conuitio, neque temere consulem P. Romani saltatorem vocare: sed conspicere quibus præterea vitiis affinem esse necesse sit eum, cui verè istud obiici pos sit. Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi forte insanit: neque in solitudine, neque in conuiuio moderato atque honesto. Intempestivi conuiuij, amœni loci, multarum deliciarū comes est extrema saltatio. Tu mihi atropis quod necesse est omnium vitiorū

XCII.

esse postremum: relinquis illa, quibus remo-
tis hoc vitiū omnino esse non potest. Ex istis
profecto liquet quo loco apud Romanos il-
los adhuc sibi constantes habita fuerit fal-
tatio, quod illius vnius obiectione pericli-
tatus sit de nomine & dignitate L. Muræna:
quod etiam Saltatio cohortem quandam
flagitiorum circunducere crederetur, homi-
nem honestum & grauem ad saltationem a-
nimatum adiecturum nunquam fuisse. Quod
nisi ista inter illos tum quidem ita constitui-
sent, neque obiecisset saltationem Murænae
Cato homo ea prudentia & dignitate: ne-
que illam accusationem ita refutasset ab a-
diunctis illi notis quas in Muræna extare
pernegabat disertissimus Orator. Alio præ-
terea loco fit mentio delati Deiotari Regis
apud Cæsarem, quod in conuiuio saltasse
diceretur, atque his ipsis rationibus à Re-
ge probri illius notam idem ille orator de-
pellit. Deiotarum, inquit ille, saltantem
quisquam aut ebrinm vidit vñquam? om-
nes sunt in illo regiæ virtutes, sed præcipue
singularis & admiranda frugalitas: & si hoc
verbo scio laudari Reges non solere. His ille
studijis ab ineunte ætate se imbuerat, nō sal-
tandi, sed bene vt armis, bene vt equis utere-
tur. Ergo hoc etiam Oratoris testimonio
confirmatum illud habemus, ebrietatem
nempe

nempe saltationis individuam comitem a Romanis habitā fuisse: Saltationi illos vnos addictos fuisse qui voluptatibus immersi essent, non autem graues viros & honestos: adeoque illam non secus ac lēnam certissimam odio ac detestationi generosis principibus fuisse, qui nempe digniora illa virtutum exempla atque exercitamenta capesserent. Idem orator alio etiam loco, Gabiniū hominem sibi infestissimum apud Senatum traducturus, Cur, inquit, in lustris & helluationibus huius calamistrati saltatoris tā eximiavirtustam diu cessauit? Antoniana quīta idē ille, Saltatores inquit, citharistastotum denique comedationis Anonianæ chorum in tertiam decuriam iudicūm seitorē esse collectum, Idem Officiorum libro tertio, Quod si quis sapiens rogatus sit ab eo qui eum hāredem faciat, cum ei testamento fœstertium millies relinquaretur, ut antequam hereditatem adeat, luce palam in foro salter, idque se facturum promiserit, quod aliter cum hāredem scripturus ille non esset: faciat quod promiserat ille nec ne promisisse nolle, & id arbitor fuisse gravitatis: sed quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honesti⁹ mentietur, si ex hereditate nihil ceperit. Ex istis igitur locis quā bene sensim de saltatione Romani illi veteres col-

X C I I I .

Iigi satis potest. Mulierem vero saltare adeo indecorum censemebatur, ut & eo nomine Semproniam vnam etiam coniurationis Catilinæ participem, ita disertè perstrinxerit Salustius. Multa inquit, virilis audaciæ facinora commiserat: literis Græcis & latinis docta: psallere & saltare elegantius quam necesse est probæ: multa alia instrumenta luxuriæ sunt, sed ei chartora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit: Pecuniæ an famæ minus parceret, haud facile discerneret: libidine sic accensa, vt saepius peteret viros quam peteretur: sed ea saepè ante hac fidem prodiderat, creditum abiurauerat: cædis cōscia fuerat: luxuria atq; inopia præceps abierat. Enī igitur eximias omnino dotes, & saltatrice dignas, quas & hic edere non piguit, vt quò tendant illæ artes omnes, & quā bene inter se connexæ sunt, exemplo illo manifestius reddatur. Et hæc quidem ab ipsis prophanis repetenda duximus, antequam ad domesticos auctores, patres inquā illos, qui Ecclesiæ tanta iam olim cum auctoritate mores censuerunt. Quod si quis ad illa ex prophanis producta testimonia existimet oponi posse Græciæ vel Asiæ aut alterius cuiusvis gentis mores à saltatione non ita alienos, illi hoc sibi responsum habeant, stare nos potius debere illorum exemplis, qui a

virtute semper commendati sunt, quam pro miscuis illarum nationū, quarū leuitas & vanitas populatis, iam pridē vel ab ipsis illis eosq; traducta est, vt & omne illis hac in causa sententiæ ferendæ ius adimeret.

CAPYT XV.

Auctoritates patrum aduersus saltationes.

Ergo si & illi summi pietatis Magistri consulendi sunt, extat passim aduersus saltationes eorum declamationes graues illa omnino, & vehementes. Sed ne in amplissimo numero prolixiores videamur, ex paucis demum locis ex omnibus collectis demonstrabimus, indignum prorsus illis esse visum Christianos saltare. Basilius ille Magnus, homelia aduersus temulétos (ex versione Latina) sic mulieres imprimis excipit. Fœminæ lasciuiae, inquit, Dei timoris oblitzæ, ignis æterni pœnas nihili pendentes, isto ipso die, quo eas ob resurrectionis domini nostri Iesu Christi memoriam domi considere oportebat, ac illius diei habere memoriam quo cœli aliquando aperientut, quo apparebit nobis manifestus ex cœli ex iudi, tūm Dei

XCVI.

tuba ac mortuorum resurre^cti^o, & iustum illud iudicium, & retributio vnicuique iuxta opera sua. Cum hæc illis essent serio cogitanda & in ore habenda, cum corda prauis cupiditatibus expurganda, peccata lachrymis expungenda, ut Christo sese obuiam venturas præparantⁱū Christi contra iugum a suis ceruicibus excussere, capita honestis velaminibus operta impudice retexere, Deum & eius Angelos despexere, nihil iam severitæ q^{uod} a viris conspicerentur, disiectis crinibus, vestibus protractis, pedibus quoque motis lusitantes, oculo proteruo, risu profuso ad saltandum veluti furore abruptæ prosiliuere, omnem iuuentutis intemperantiam in se prouocarūt, choros ad vrbis mœnia in sacris martyrijs instituerūt, officiam insolentiæ loca ipsa sanctificata effecerūt? Ac rem népe polluerūt meretricijs cātibus: pedibus vero lasciuis saltando terram contaminarunt: spectaculum se iuuenibus circumstantibus exhibuere: Inuercundiæ omnino atque abruptiæ, nullam ameniæ speciem non admiserunt. Et hæc tamē quomodo aut silentio proteribo, aut uti merentur, deflebo? Vinum profecto hanc nobis animarum edidit stragem. & quæ illic subiectiuntur eodem spectantia nempe ut scena saltatoriam totam producat, & quid in illa sit pri-

fit primum ac præcipuum, quam denique mulieres imprimis illic ab aperto pudoris naufragio propè absint, appositissimè describit. Eadem deinde homelia aliquanto post idem Basilius. Ex talibus inquit malis viri ac fœminæ communes constituentes choros, maloque dæmoni miseras tradentes animas, sese inuicem libidinum telis confodiunt atque lacerat. Ritus inter se histrionicos, catus probrosos, meretricios gestus ad libidinem inuitandam exercent. Rides, nempe & exultas inepta stolidaque lætitia, quum lachrymas fundere, ac dolere ob ea quæ admisisti oporteret. Cantus profanos edis obblita psalmorum & hymnorū quos in alios vsus edidiceras! Pedes moues, & vt insana saltas, & choreas ducis quæ modum nullum habent. quum genua flectere oporteret, ad adorationem & cultum Dei! Quas deslebo? puellas ne innuptas an maritas? Nam illæ quidem retroactæ sunt, integritatem non retinendo: istæ vero castitatem maritalem ad viros minime retulerunt. Nam si quæ forsan peccatum corpore vitauere, animo tamen admisere. Vedit ille male: visa est illa male. & quæ sequuntur. Chrysostomus autem integras edidit aduersus saltationes homelias. sic autem, vt ex multis pauca attingamus, homelia XLIX in Mathæum de Salo-

XCVIII.

me Herodiadis filia loquitur. Nec enim se orsum accessit ac collocuta de istis est ; sed coram cunctis audientibus , velamine abiepto, nudo capite, diaboli vsa patrocinio, petitione peregit : illa comparati petitione eius fecit, illa mentem Herodis eripuit. Vbi enim saltus lascivius, ibi diabolus certe adest. Non enim ad tripudia hæc nobis præbuit Deus , sed vt modeste incedamus , non vt impudenter camelorum mole saliamus (nec enim solum fœminæ , sed & camelii turpiter saliunt) sed vt in Angelorum choris consistamus. Quod si corpus defonsne fit impudenter saliendo , quanto magis anima fœdari credendum est? His tripudijs diabolus saltat, his a dæmonum ministris homines decipiuntur. & aliquanto post. Multa enim etiam nunc huiusmodi symposia celebrantur, in quibus & si Iohannes non interficiatur Christi tamen membra dilaniantur, multoque grauiora cōmittuntur. Non enim caput Iohannis qui modo tripudiant, sed animas recumbentium petunt. Cum enim voluptatis seruos effecerint, & illicitis meretri cum amoribus occuparint, nō caput a cerui cibus, sed animam a Christo disiungunt, eperves ac effeminatos spectatores reddentes. Nec audebis, re & scio mihi responderem vino te sepulum & ebrietate superatum, tri

X C I X.

58

pudio mulieris & cantu non fuisse commo-
 tum. Moveris enim certe, et illud in te hor-
 ribile perficitur, quod christi membra mereti-
 cis membra efficis: &, si non adsit Herodia-
 dadis filia, sed adest ibi diabolus, qui etiam
 tunc in illa tripudiauit, et nunc in ista sal-
 tatione tripudiat, et discubentium atque
 spectantiū animas captiuas abducit. Quod
 si quis potest non cōmoueri uidendo, sed om-
 nem huiusmodi temulantiam superare, ali-
 orum tamen peccatis interesse, nihil aliud
 est quā peccati se consortem reddere. In vlti-
 ma autem homilia in epistolā ad coloss. vbi
 a lasciuia ad sanctos affectus pias mulieres
 reuocauit, Hęc vobis, inquit, non temere di-
 cta sunt, sed vt vos nec nuptias nec saltatio-
 nes, nec choreas adeatis satanicas. Et in cap.
 26. Geneseos, de nuptijs Iacob. Vidistis, in-
 quirat, cum quanta olim honestate nuptias e-
 gerint. Accedite qui ad satanicas pompas
 spectatores statis. Num tunc tibiæ? num tūc
 cymbala? nū tunc choreæ diabolicæ? Quare
 enim initio tātum statim damnum inducis
 in domum tuā, & eos qui in scenis & orche-
 stris operam locant vocas, vt tūm intempe-
 stuo sumptu virginis lēdas continentia, &
 iuuenem impudentiorem facias. Ambro-
 sius autē tertio de Virginibus libro, de salta-
 trice illa Herodiadis filia ita loquitur. De
 g ij.

C.

bet, inquit, bene conscientiae mentis esse lætitia,
 non incōditis comestationibus, nō nuptiali
 bus excitata symphonij. Ibi enim intuta ve
 recū sia, illecebra suspecta est, vbi comes de
 litiarum est extrema saltatio. Ab hoc virgi
 nes dei procul esse desidero. Nempe enim vt
 dixit quidam seculariū doctor, nemo saltat
 sobrius, nisi qui insanit. Quod si iuxta sapiē
 tiā secularem, saltationis aut temulentia
 auctor est aut demētia, quid diuinarum scri
 pturarum cautū pateamus exemplis, quū Io
 hannes prænunciū Christi, saltatrixis op
 tione iugulatus, exemplo sit plus nocuisse
 saltationis illecebram, quam sacrilegi furo
 ris amentiam? item. Præciū saltationis mors
 est prophetæ. & paulo post. Reginæ filia
 intimis amandanda secretis in conspectū
 virorum saltatura producitur. Quid enim
 potuit de adultera disci, nisi damnum pu
 doris? An quidquam est tam pronum ad li
 bidines, quam inconditis motibus ea quæ
 vel naturæ abscondit, vel disciplina ve
 lauit membrorum operta nudare, ludere
 oculis, rotare ceruicem, comam spar
 gere? Merito inde in iniuriam diuinitatis
 proceditur. Quid enim ibi verecundiæ po
 test esse, vbi saltatur, strepitur, concrepatur?
 & paulo post. Quid dicitis vos sanctæ fœmi
 ne. Videtis quid docere, quid etiam dedo
 cero

cere filias debeatis. Saltet, sed adulteræ filia. Quæ vero pudica, quæ casta est, Religionem doceat filias suas non saltationem. Vos autem graues & prudentes viri, discite detestabilium hominum epulas evitare. Augustinus autem libro tertio, contra Epistolam Parmeniam capite sexto, Notum est omnibus nugaces & turpes saltationes ab episcopis solere compesci. Quis unquam meminit ab hominibus quos in auxilium episcopi petierunt, cum Episcopis esse saltatum? & paulo post, Grauiora paclus est Saluius Episcopus cum quo saltatum est, quam si viuus arsisset. Et in psalmū trigesimū secundū, concione prima.

Obserua diem Sabbati non carnaliter, non Iudaicis deliciis, qui otio abutuntur ad nequitiam. Melius enim utique tota die defoderent, quam tota die saltarent. Habetus igitur quattuor illos testes omni exceptione maiores, quorum auctoritate secundum Dei verbum qui non commouentur, comploratos esse oportet. Quod autem à tantis auctoribus proditum habemus, constantissimum illud est totius piae antiquitatis testimoniu aduersus istiusmodi maculas & labes nominis Christiani. Singularia enim quorundam etiam hic etiam symbola proferre possemus, ut quum quidam, in-

g iij.

C II.

strumenta illa musica saltationum diabolū
ipsius tympana vocitaret: alter verò, salta-
tionem circulum esse diceret, cuius qui-
dem centrum esset ipse diabolus, & maligni
ipsius Angeli, circumferentia. Quod si tot
tantorum virorum sententiæ veluti singu-
lares nondum satis pollut, accedat de-
mum non ita paucorum sed numerosorum
Episcoporum in Synodo illa Laodicena pu-
rioris memoriarum congregatorū iudicium at-
que decretū aduersi saltationes sub annū D.

CCCLXIV. cuius hic est Canon LIII.

ον καὶ δῆ χεισταρὺς εἴς γάμους απέρχομέν τε βαλίζειν ὥρ
χειστα, ἀνα σέμινας διειστρέψῃ ἡδειστεῖος πρέπει χεισιδ
νοῖς. Id est, uti ad finem Synodij lerdēsis trans-
latum extat, Quod non oporteat Christianos
euntes ad nuptias plaudere vel saltare:
sed modeste cœnare vel prandere, ut decet
Christianos. Et quanuis non fuerit œcumene-
nica illa Synodus, confirmata est tamen ab
œcuménica illam subsecuta Constantino-
politana trecentorum circiter episcopo-
rum. Atque adeo multis post sacerulis eadem
illa constitutio repetita est in multis Syno-
dis, ac nominatim cautum est, Ne qui mini-
sterio in Ecclesia funguntur, vel saltarent ip-
si vel saltationibus interessent, ut suo exem-
pli reliquos etiam ab illa petulantia quan-
tum in ipsis esset, reuocarent. Synodo Aga-
thenisi.

C I I.

68

thieli sub annum D. CC C C X X X de ministris Ecclesiasticis ita cautum est , cap. 29. ne his cœtibus misceantur vbi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus efferuntur : ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputati turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur . Atque ut nostras quoque Synodos prioribus illis adiungamus, illud constat, nulla Synodo iam ab aliquot annis inter nos habita non cautum esse, ne cui Christiano ecclesiis reformatis accessu saltare liceret . Quid amplius? Ipsa adeo regni Galliae comitia Aureliae habita, (quum nostra hæc natio ciuiles motus nondum experta sibi melius constaret (hoc testantur , rogatum fuisse Regem ab illis qui Statuum nomine conuenerant , ut choreæ publicæ penitus abolerentur : quam in rem etiam perlatum est decretum quod etiamnum hodie scriptum extat . Saltem igitur nostri tū homines agnoscebāt publico toti⁹ gētis Gallicæ testimonio , obscœnitatē illam saltatorialē esse prorsus intolerandam : ne , si qui perinde hoc non agnoscerent , suam deinceps amentiam in vulgus ederent : sed veluti tenebris perpetuis damnatam sibi priuatis retinerent . Quanvis non ita magnum in eo sit discrimen , si domi fiat , quod palam

g iij.

C III I.

minus honeste licebit.

His igitur quæ hucusque in medium atculimus ita nostram causam confirmatam existimamus, ut saltationum usum omnem damnandum atque tollendum esse euicerimus. Demonstrauimus enim & pessimas esse causas quæ illas inuexerint, & nullam non ipsarum partem innumeris vitiorum notis scatere, effecta deinde atque fructus tristes omnino, vocationem Christianam illis ex diametro repugnatem, iudicium aduersus illas datum in similibus exemplis, verbi Dei apertum aduersus illas stans, auctoritatem denique piæ vetustatis imprimis tanquam corollarium ad ampliore confirmationem apposuimus. Sed tamen ne, quod dici solet, ~~morem~~ causam istam peregisse, videamur quid etiam ad illani tuendum è contrario proponi possit audiamus. Habet enim saltationum patroni suas quas dā defensiones, non magni quidem illas modi: sed tamē ut omnem semel scrupulum exanimamus, neque prætermittamus quidquam non satis expensum quod ad nostram admonitionem admittendam ullum adferat impedimentum, audiamus inquā, quid isti velint.

Diluuntur

Diluuntur argumenta quæ pro saltationibus facere videntur.

CAPVT XVI.

AC primum quidem saltationē rem esse *ἀπάθεσιν* causantur: ac proinde peccare in libertatem Christianam volunt, qui saltationem peccati nomine censeant. In eo enim non versari cultum Dei, si quis exhilarandi sui causa saltet aut tripudiet. Distinguimus ergo hic vocis homonymian: ac respondemus aliud esse saltare ad certum quendam numerum & motum, quod toto hoc tractatu reiecamus, aliud verò saltare vulgari acceptione, quod aliquando per occasionem non esse improbandū agnoscimus (quanvis neque etiam promiscue illud daremus, quando magna sunt semper cicundstantiarum ipsarum momenta etiam in rei illarum genere quæ *ἀπάθεσιν* dici possunt) *ἀπάθεση* autē ceu rei, ut vulgo loquitur, indiferentis nomine intelligimus re illā cuiusqui dē vsus liber est in sese, i. qua vti & qua abstinerere liberū est & cōscientiā nō afficit, modo certa illa fide nitamus, hoc nempe tum Deo ita placere, tum ex eo iustum scandalum à nobis nemini offerri: qualis est, in sese, ver-

C VI.

bi gratia, eſus vel abſtinentia carnium. Atque Saltatio non potest vocari ita res *αδιάφορος*, vt quæ & ab insignibus vitijs originem ducat, & nihil habeat quod non melioris notæ exemplis in vita Christiana prorsus repugnet, vt supra pluribus est à nobis demonstratum. Et quæ etiam subiecimus testimonia insignium illorum in Ecclesia viorum cōdem omnino pertinent, vt nihil minus quam *αδιάφορον* censendum sit, quod illam seriō, tam multis, tamque aperitè sunt detestati, & vt à Christianis procul amanda retur, vno omnes ore contenderunt. Quod si illud tempus aliquando fuisse diceretur, quo quidē saltare non ita per se illaudatum fuisset (quod tamen nullo modo concedimus) quum tamen res illa eum in statū nunc deuenet, vt a vitijs & omnium fœditatum illecebris discerni separarive amplius non possit, certè apud sanos & non peruicaces dānanda prorsus pronunciabitur. Ille enim verus est libertatis Christianæ vſus in rebus illis indifferētibus, vt si quæ sunt quæ vel minimā noxam secum adferat, illa demum tanquam minimè omnium indifferentia, respūtur, vt etiam in rebus longè maioris momēti fieri tamen oportuisse, vel ex ipſius Apostoli testimonio doceri posset.

Illud præterea isti respōdent, sc̄ quidem videre

C VII.

dere quod res est, saltationem nempe mul-
tas eiusmodi corruptelas circumferre, quæ
honestis viris non placeant: Verum aliud es-
se corruptelas illas expungere, aliud verò
rem ipsam omnino tollendā censere: quod
quidem si ita ad viuum resecétur, multis de-
inde rebus alijs carendum sit, quatenus cor-
ruptelis & ipsæ scateant, quarum tamen v-
sus aliquis & rectus & commodus supersit.
Appositè vero ista: siquidem dextre etiam ex-
pendantur. Vbi enim de reformatione abu-
suū seu vitiorum agitur, videndum est impi-
mis an per occasionem & veluti per alluuiō-
nem latentem rei illi adhæserint, quæ
quidem res per se improbanda non fue-
rit. Eo enim casu & retineri potest res ipsa,
& vitium purgari. Sic in valetudine restituē-
da aliud erit operam dare, vt febris ex malis
humoribus procreata tollatur vita autem
ægroti salua fit, aliud, si cum æstu illo febris
ipsa quoque vita adimeatur. Longè autem
aliud est quum ita inhæsit vitium rei cuiipi-
am, vt in eandem cum illa naturam prorsus
coaluerit. Tum enim simul & semel res ip-
sa præcidenda est, neque de illa saluū quic-
quam ullo modo retinendum. Sic quum hoc
fæculo quereretur quid de Lupanaribus sta-
tuendum esset, sanè res illa non ita habuit
opus deliberatione, in qua excutienda vi-

C VIII.

tiūm à re ipsa secerni nulla ratione posset.
Idem est porrò saltationum iudicium. Ut
quanuis alibi & apud vnos indecentius fœ-
diúsq; quā apud alios exerceātur, frustrà ta-
men eximātur à generali vitij nota, atque il-
lius quidē intolerandi, si quæ illis semper &
inseparabiliter adhærent mala, consideren-
tur. Proinde quemadmodum de arbore a-
liqua ex ipsa radice venenata fieret, vt quan-
tūis vmbrae illius aliquis vsus speraretur,
propter grauius tamen periculum à re ipsa
promanās, abscindenda semel radicitus at-
que igne absumenda esset, sic etiam de salta-
tione existimandum est. Nullam enim me-
diam aliquam rationem eius vitij tractatio
admittit. Quod si quis contrà contendat,
cedo, vel ab ipsa partiū enumeratione, qua
tenus & quanā ex parte reformati possere
ad eō pudendam velint? Tollantur, inqui-
unt, cantiones illæ obscenæ & lascivæ. Est
quidem hoc non nihil. Separantur etiam,
inquiunt, viti à mulieribus, & tot illa libi-
dinum illectamēta facessant. quid præterea?
Ne in cœtu quidē & apud multos saltetur.
vnicuique tantum apud se aliquid eiusmo-
di agere non prohibeat. Atqui si eo us-
que nostra sese portigat reformatio, actum
iam erit de maxima illa patre nobiliorum
saltationum, quarum veluti anima ac vita-
les

C I X.

les partes positæ sunt in choris illis promis-
cuis virorum & mulierum, in reliquis de-
nique motibus impudicis, qui & oculos &
aures multitudinis captant, & non aliter
vigent, quām si plenis lasciuia velis in illo
libidinum pelago sese ostentent. Sed demus
etiam saltatores nostros iam sese domum
recipere, atque sibi vnis, vel canere vele-
tiā saltare: quis tamen non videt rem es-
se plusquam foedam & indecoram, si quis
vnum ita saltitando gesticuletur seseque
exagitetur, dum vel hāc vel illam saltationem
sibi vni edit, perinde atque si & histrio si-
mul & spectator sibi præset? Quid igitur?
Nempe ut saltatio semel aboleatur, viden-
dum est. Neque enim quocunque te ver-
tas, ullam aliam rationem inuenies qua tot
Infelicis illius arboris radices & ramis se-
mel excindantur.

Tandem igitur mos & vñus præduntur:
quasi nempe cessare iam omnes honestos
cætus & congressus oporteat, si saltatio ab
illis sublata sit. Et isti igitur hoc sibi respon-
sum ferant, melius omnino cum illis hone-
stiusque actum iri, si rarius plerunque cœ-
tus illos adirent: ac nominatim dedecere tú
mulieres tum puellas & cursitare & temere
ac passim sese domo proripere, quod pes-
simè cessisse Dinæ Iacobi sancti parentis fit.

C X.

illæ vnicæ supra iam notatum est. Iam vero
 vt honesti congressus & cœtus habeantur a-
 deaturue, neque promiscuè sese pīj in quos
 uis locos ingerant, delectus omnino ha-
 bendus est. Quod enim si prauis colloquiis
 te admisceas, aliud referes, quām quod vt
¹Geor. 15
 33. caueres præmonuit Apostolus? Cōtumpūt
 enim, inquit, rectos mores praua colloquia.
 sic igitur vitari facile poterit illa offenditionis
 species, quod aliis saltantibus nolis & ipse
 saltare, si, vbinam illæ tendiculæ obiici pos-
 fint, prius expenderis, vt ad illas tantò mi-
 nus accedas. Atqui nihil minus cogitabam,
 inquies, & per errorem in saltantes incidi, à
 quibus extricare me aliter non potui. Certè
 illud non caret imprudentiæ & temeritatis,
 nota quæ quidem honori nominis Chri-
 stiani non cedit. melius enim sibi cauere
 quisque debuit atque etiamnum potuit. Sed
 fac etiam te conuiuum ac nuptias euitare
 non posse, quid, nisi saltantibus te permit-
 tas, factō opus erit? Nempe vt quod supra
 ex Laodicena synodo repetiimus, v̄surpes: ac
 cumbas cum tuis illis amicis vel cōsanguineis,
 & honeste cibum sumas in Dei timo-
 re: tum deinde facessas illiuc, ac vacuum
 locum scenæ saltatoriæ relinquas. sic nem-
 pe periculose cæptum, consulte te recipien-
 do, non ulterius prosequere: quod omnino
 fieret

C XI.

fieret, si vel spectator etiā illius lasciuiae superesses. Atqui illud leue accipietur, quasi dedignemur illos q̄nos honoris causa illuc inuitat. Accipiatur sane ut ipsis videbitur, dū sibi interea imputet, quod amici vel consanguinei funct⁹ honesto officio, potiorē simul habueris nominis tui rationem: præsertim quām amicitiae ius sanctissimum ad consor-
tium culpæ & rerum turpium nullo modo pertineat. Quanquam si vera quicquam vir-
tutis adesse, tum deum potius sancta il-
la confidentia exercenda esset, nēpe, ut nihil esse nobis commune testaremur quū operi-
bus illis in frugiferis tenebrarum, sed ut po-
tius exemplo saltem nostro, si non etiam vo-
ce, reuincentur, vt vel recessus ille noster
apertè testaretur omnē illam proteruiam à
nobis semel improbari. Et quid p̄orro illa
occasione de nobis dicetur? nempe sic lo-
quentur christianos istos in eundem profu-
sionis luxum cum reliquis nolle concurre-
re, vitia odiſſe, malum auersari etiā ad sum-
mam usque cutem, mundo & pompis, &
delicijs eius aīmātādā, nullam denique ne-
que flammarum neque fumum neque illece-
brarum peccati non omni studio & con-
tentione evitare. Quod quidem dum
fiet, extabit ad summum illa Dei veri-
tas quam ex Apostolo didicimus, quod il-

CXII.

los nostri mores quasi ad peregitinitatem
quādam redigunt, ut pote quum ab illis ma-
tutē nos & serio subduxerimus. Quanquā
& illud non est desperandum, constantia e-
tiā nostra affectum iri non neminem, qui si
mollius nos gessemus, obfirmaturus seipsū
fuerat in peccato nostra occasione lubentissi-
me. Et vero quicquid dicatur, quantō præ-
stat, ut quum in illas tenebras incidemus,
ipſi nos virtutis atque honestatis exemplo
facem alij p.æferamus, quām si nos illis
permiscendo, in aliorū insolentiam conce-
deremus? Frustra igitur illud obtendit, ut
non probari quidem à nobis malum, si ta-
men vllā omnino occasionem præteximus
quā fiat, ut sponte illius testes, spectatores,
ac non perinde consortes habeamur.

CAPVT XVII.

*Perperam obtendi aut vsum aut commo-
dum aliquod saltationum.*

Nec dum tamen res transacta es, dum
etiam vtilitas & usus quidam saltatio-
num prætenditur. Et sane illud vtcunque
admittendum esset, si vel milesima ex parte
præponderaret & vitij illis & dñis quæ sal-
tationem

C X I I I .

65

tationem comitantur . Sed neque h̄ic etiam aliquid affertur eiusmodi . Saltatio , inquit, valetudini prodest . At qui neque in illum vsum ipsa instituta est, neque etiam , si eorum quæ suprà attigimus , satis meminimus , eò illa referri vñquam possit . Demus tamen hoc etiam aliquid esse . Num verò ex eo consequetur , adeundum esse tantæ scilicet rei gratia , honoris , nominis , conscientiæ periculum ? Si , inquit Apostolus , esca facit ut offendat frater meus , non vescar carnis in æternum , nec faciā ut frater meus offendat . En præceptum vniuersale , quo semel omnia cōplexus est Apostolus , quæ vel ad victus , vel ad sanitatis rationē spectant . Quāobrem quicquid isti prætexant , quū & v̄lus carniū tanti sit per se ad hanc vitā tuerandam & carnes ipsæ per se bona sint Dei creatura , & ramen statuat Apostolus sibi potius ab illis esse abstinendum , quam ut fratri obiciat offēdiculum , profecto saltatio res nimis leuis est ne dicam pudenda , ut ea de te cum apertissimo scādalo coniuncta diutius alter cādū sit . Quod si etiā prophanos audire h̄ic volumus , auctores nobis erunt illi ipsi , ut inter corporis exercitia illa rātum captemus , quæ nihil habent vitiosi vel indecori adiunctum . Saltationes porro eiusmodi sunt , ut quocunque titulo ad valetudinē & corpo-

1. Cor. 8.
13.

h j.

C X I I I .

Rom. 13.
14. ris exercitationem referantur , eò omnino pertineat quod vetat Apostolus. Ne, inquit, carnis curam habete ad explendas ipsius cupiditates: Atque idem ille locus appositus erit ad eleuandum alteram etiam obiectiōnem , de quadam nempe corporis agilitate quæ saltatione videtur imprimis comparari . Sit sane agilitas donum Dei: Sed tamen neque illud est singulis perinde necessariū , quum neque omnium sit eadem conditio . Deinde & illa etiam agilitas quæ partium corporis agitationem quandam expeditiore complectitur , suum quoque modū & measuram requirit. neque enim illam accommodari decet ad motus effræns hominū leviculorum , vt in honestatem & grauitatem christianam illa occasione peccetur . Neque item ad histrionicas vel amētiae cuiusvis plenaes actiones referenda est , vt cunque alijs oblectationē nescio quam afferre videatur . Siquidem hoc esset peruertere illud donum Dei per se alioqui non conténendū. Cæterū vt ad aliquid eiusmodi comparandum saltatio pertineat neque eò deterior redditur , neque etiam melior. Res enim illa media est , vt agilitas quædam obrinentur , neque saltatio per illius occasionē illaudatior potest euadere. Quod si ipsa poti⁹ ex schola saltatoria ad discenda est , nimis caro emitur , quū videlicet saltatio non ingenuam quandam agili-

tatē afferat, sed fractā poti⁹ & mollē corporis agitationē, & quæ denique quāplurima secū vitia adiuncta habeat. Quamobré admonédi essent qui corporis expeditioris habendi cura tāguntur, vt honestiora exercitia & artes laudatores saltatione omissa semel capesserent. Cæterū inter præcipuos saltationis usus, ille vñus cōmendatur plurimū, ꝑ per occasionem saltationis conditiones cōiugiorum non raro procurantur: quatenus videlicet exetcitatissimi saltatores inire apud puellas nō leue soleat gratiā, vt & adolescentū vicissim ipsæ, alioquin in vacuo cū bili solæ longū remansuræ. En quorsum honestas matres conqueri oporteat, quod suas præsertim virgines maturiores in scēnā saltatoriam producere per nos minus liceat! perinde népe atque si apertè præse ferrent, subduci a nobis faces & instrumēta eiusmodi amatoria ad sēsus affectus uē mutuo inflāmādos, vti nos istā omnē officinā supra satis perscrutati videmur. Sed tamē neque ut plurimū illa nescio quæ rudimēta amoris, ex saltatione ducta ad cōiugales affectus processerūt, plārisq; aut affectus illos temere exuētib⁹, aut illos alio ꝑuis modo explere quā cōiugalis vinculi ratione cōnātib⁹: & adeo ipsa illa cōiugalis honestatis institutio lōgē alias rationes requirit, quā ut à saltatione ducat h ij

C X V I.

nitiū. Ergo neque saltationis occasione cōditiones coniugioūr semper captantur, neque illo etiam nōmīne saltatio etiam probanda esset, neque omnino illud consilium periculocareret, vt illud tentare ea occasione plane absurdum sit, & ab honestatis ratione alienum. Siquidem vis ipsa saltationis in eo sita est, vt cantibus obscēnis, contitu inue- recundo, osculis, gestibus, complexibus affectus inter se saltatorum excitentur. Quod autem ab eiusmodi impura scaturigine emānantes riui minimē laudari possint, illi melius dixerint, qui de rerum natura ex causis ipsis iudicium facere didicerunt. In summa meræ sunt cupiditatum inflāmationes, quæ quidem nisi deteriore quavis occasione erū pere ausint, fortasse coniugio manus datu- ræ sint, & ferè inuitæ eo tandem navem ap- pulsuræ. Exemplo sunt nempe in fœlicia illa coniugia miserarū viduarum imprimis, quæ & sui & suorum prorsus oblitæ, captæ vafri cuiuspiam & exercitati saltatoris amenti aspectu vel consortio, sese illis emancipant ac proinde pessimē omnium sibi omnibus modis consulunt, dum homines ignotos, viles, probrosos plærunque honoratis mari- tis superducunt. Nēpe, vt ad illud Poetæ allu- damus, Saltator erat: facit hoc illos hyacin- thos. Sanè tātū abest vt istiusmodi occasione
coniū-

C X V I I.

coniugiorum temere a saltationibus captā-
 dorum saltatio toleranda sit, vt vel illa vna
 potius idonea sit causa, ad omnē saltationis
 strepitum in extremas vsque tertias relegan-
 dum: quū videlicet nihil magis intersit Reip.
 benē institutæ, quā vt coniugia non temere
 & confuse, sed ordine, delectu, & bonis au-
 etoribus concilientur. Contrā autem quæ à
 cæcis illis affectibus ineuntur, totas deinde
 familias pervertunt & ἀποστολεμον do-
 mesticum excitant, souentque morbos im-
 medicabiles. Proinde captatio cōiugij a sal-
 tatione nihil aliud est quam prætentura re-
 tium ad incautum quempiam intercipiēdū,
 vel faculæ obiectio ad miserum & male con-
 siliatum momento corripiēdum. Atque hoc
 illud est arcanum nostrarum saltatricularū
 aulicarū nominatim, vt illa sui euendita-
 tione in sui amorem infelices aliquos pelli-
 ciant, qui sese illo eant perditum. Istiusmo-
 di porro exempla debent horrorem incutere
 honestis matrib⁹, ac christianis nominatim,
 nedū vt quidquā simile illis veniat in mēte:
 illæ, inquā, imprimis hīc attendant oportet
 quid se deceat, & quām solicitè habēdus sit
 suarū pudor & castitas. fieri enim vix potest
 vt si qua filiam ad choream perducat captā-
 dæ fortè conditionis coniugalis gratia, quin
 ulterius illa iam pergat, & incæptos amores

h iij

CXVIII.

de tenero meditetur vngui. Deinde quis illas docuit ex tor illis affectuum pruriētum scintillis vel millesimā ad honestatē cōiuga lē posse pertinere? Quod si hoc aliquādo accidat, præter ipsū saltationis finē fieri dicēdū erit, quæ quidē ad incitādas tātū cupiditates instituta erat. Quod si eo vno nomine quiduis erit probādū, quod illius occasione boni aliquid subsecutū sit, nēpe admittātur semel omne gen'lænoccinia, & artes illæ perductoriæ quibus horū & illarū animi cōglutinātur pessimo atq; illaudato more, vnde se tamen expedire miseri amantes non possint: nec tamen istis occasionibus instituta cōiugia bene audiunt ceduntque magis, quā quæ a saltatione causā duxerunt. Audiatur poti⁹ ad istū semel fucum & retegēdū & ablegādum perpetua illa Apostoli admonitio, Quod sup̄rest igitur, fratres, inquit, rogamus vos per Dominum Iesum, vt, sicut accepistis à nobis quomodo vos oporteat incedere, & placere Deo, magis excellatis. Nostis enim quæ mādata vobis dederimus per Dominū Iesum. Nā hæc est voluntas Dei, nēpe sanctificatio vestra, Et eadē epistola cap. V. Omnia explorate, quod bonum est tenete. Atqui vbi rēs nimis quam explorata est, quid reliqui esse oportet ad spontaneum malum sibi accersen dum, vbi improba illa læna saltatio, contrahendo

I. Thess.
4 & 5.

C X I X.

V E C

hendo honestissimo matrimonij fæderi pres
mittetur? Quis enim sensus esse potest misce
ræ saltatutriæ, nisi ut aliquæ desiderio sui ac
cedat? Et quid si pro vno, mille, verbi gratia,
peste illa corripiatur? Quænā vero illic extat
a scadalo offerendō cautio sancta? quæ alienæ
salutis cura? quæ apud Deum cōsciētia? quod
vitiorum odium? quænam tutela aut præsi-
diū amplius virginei & nominis & pudoris?

Quamobrem adire tam presens periculū,
quibuscūque; occasionibus. incertissimi euerit spe
vanissima, mentis esset nequesatis cōpositæ,
neque in primis honestatis retinendæ atque
præse ferendæ studiosæ. Omnino enim cuius
vtilitati honestas anteferenda serper est. Por-
ro honestas in eo nulla est, si nescio quod cō
modum tot turpibus maculis circunductum
venire ad te posse in animum inducas. Et no-
tus est ille locus Ciceronis supra citatus, vbi
ne amplissima quidē cōditione adduci posse
honestū virum cōtendit, ut vel saltet aliquā
do. Quod sicui in speciem ingentis lucri oc-
casio ex saltatione oblata dici potest, de He-
todiadis filia illud dicendum sit, quæ vel di-
midiam regni partem, edita semel saltatiuncula,
iudicio impuri illius & temulenti re-
gis emerita sit. Atqui meritoria erant artes
illæ & obscenitatis plenæ: neque adeo nō tur-
pis ex illa occasione quæstus ullus habedus

C XX.

sit Christianorū verò est mali nihil admittere, ne quidem etiam si quis cum lucro cōiunctum sit, sed neque illis ipsis artibus contracta coniugia bona spei vlliū esse solent. Scaturigine minitū infecta riuus ex illa defluens purus esse non potest: nulla item spes benedictionis Dei illa occasione anteversæ, & quasi interceptæ. Sancta nimurum sanctè quoque tractanda sunt, & honestè procuranda: & quod quisque rectè agere instituit, legirimis primū non ementitis rationibus nitaūt oportet. In summa, vel honestissimus ille in speciem saltationum finis ut pote ad coniugium spectans, & incertissimus est & plenus periculi, & non nisi exitus infelices portendit.

C A P V T . X V I I I .

Exempla saltationū ex scripturis Detorta excutiuntur.

TAndem igitur ubi se isti omnibus suis propugnaculis deiectos sentiunt, confundunt ad exempla, tum Dauidis, tum mulierum illarum Israelicarum, quas olim saltasse scriptura testis est. Nos verò non pauca supra attigimus quæ huic disputationi lucem.

CXL

Iucem afferre possint. Ut enim eadem esset nostrarum & veterum illarum chorearum ratio, nihil efficerent tamen exempla vetustiora, siquidem nō minus in sese vitij haberent, & veris pietatis regulis à nobis ante recognitis manifestè aduersarentur: neque adeo vel Dauidis vel insignis cuiusquam viri nomen quidquam ad vitium eleuādum polleret. Siquidem in omnibus humanis exemplis delectu vtendum esse monemur. Sed de eo iam non laboramus. Volumus enim nihil à pietate alienum accidisse tum Dauidi, tum sanctis illis mulieribus, quarum saltationes certis scripturæ locis commemorantur: ac proinde non modo nihil illas veteres cum nostris istis habere commune, sed eò etiam produci posse dicimus, ut, quod dici solet, cōtraria contrarijs magis elucescant. Primum igitur si causam quæ veteres illos tum quidem ad saltandum impulerit, exquirimus, constat omnino ea vna ratione hoc ab illis fieri solitum, quod nulla non parte corporis testatum vellent afferū, quo toti corripiebantur ad agnoscendū, atque & exultationis cuiusdā extraordinarij, & solennis gratiarum actiois expressione celebrādū peculiare quoddā atq; insigne Dei erga se beneficiū. Népe vbi prædicanda quædam vel ab hostibus liberatio, vel de

C X X I I .

illis victoria obtingebat , tūm demum omnia quasi in actum producebantur , non cesabant acclamations vocales , nō voces iubilātium & triumphale carmen Domino cōcīnētium , nō tubæ , nō reliqua organa musica , nō manuum applausus , nō denique corporis motus illi insoliti : quib' omnino ita veluti ad illud sanctum munus accinctis , tibiæ quoque ipsæ deesse vix poterāt , quin & in partē aliquam exultationis accederent , vt i hoc nō uno loco psalmorum auctore & hortatore passim per illud tempus ad eos quoque gestus exhibendos spiritu sancto testatum habemus . Quod autem ad ipsam illam motuū istiusmodi speciem & saltationem , & an ad modum & numerum certum exigeretur vel secus , quemadmodum & de paralytico restituto refertur Act . 3 . non quidem cōstat nobis : illud indubium est , nostris protetuijs & gesticulationibus dissimilima illic omnia fuisse . Siquidē eō illi gestus motūsq; spectabāt , vt affectum sincerū in prædicādis Dei laudibus testarentur : sancta denique omnia : vt in eiusmodi personis ita sese listētibus Deo , nihil extaret , quod suā modestiā & venerationem nō exhiberet . Sic etiā sese gessisse referuntur , mulieres Israeliticæ cum Maria Mosis sorore , quūm egrederentur cū tympanis & choris ut viris ex una parte tan-

40

CXXIII.

to officio præeuntibus; & ipsæ quoque Dei
gloriam pro liberatione illa incomparabili-
tanquam ~~etiam apud Cœmeras~~ celebrarent. Idem
omnino de historia illa Iudithæ, idem de
cantionibus mulierum piarum ex occasione
vnctoriarum tum Iosephæ tum Saulis habé-
dum est. Saltatio autem Dauidis apud arcā
Domini psalmos omnino habuit adiunctos,
quum eodem loco historia mentionē faciat
instrumentorum musicorum, quum Dauid
ipse singulari contentionē tūm ipse saltaret.
& extant psalmi quidam quos ad eundem
actum Dauidis pertinere omnino probabile
est. Neque tamen in istis saltationib⁹ permi-
stos fuisse mulieribus viros vspīā notari po-
test, neque etiā illæ quotidie recurrebat, sed
ex occasione peculiari: adeo ut ratiō etiā ex-
tet illarū mentio, quāuis nō omnes etiā occa-
siones recensitas habeam⁹. Hominē verò sal-
tasse aliū præter Dauidē, idq; adeo semel, scri-
ptura nō meminit. Vnde nō immeritò colli-
gitur, q̄ in ipsis mulieribus nō ita erat ordi-
narium, id ipsum viris vix etiā per occasionē
accidisse: fortasse q̄ sex⁹ virilis præ muliebri-
ferè aliā grauitatē & pódus retineat. Neq; ita
temerè prorupturā fuisse ad exprobrationē
saltationis Micholē aduersus Dauidē verisi-
mile est, si paulo frēquētiora ei⁹ rei exēplaha-
buisset. Quid autē opus est diuti⁹ immorari

CXXIII.

in illarum cum nostris saltationum collatione, quando videlicet omnia prorsus inter se h̄ic repugnant? Illæ nimirum ab affectu quodam intentissimo profitendæ erga Deum gratiarum actionis prodibant, istæ vni voluptati inseruiunt. Illic motus quidam sancti sese exerebant testes interioris sensus, fruitionis nempe beneficiorum a Deo perceptorum. H̄ic omnia epulas lautiores sequuntur, & nihil nisi lasciuiam crepant. Illic cantica eucharistica concipiebantur de rebus sacris, quæ etiam eiusmodi gestibus exprimebantur, qui & pedes & corpus totum ita moderarentur, nihil ut non sanctum & Deo gratum notari potest: H̄ic contrà quò quæque cantio obscenior est, è gratio omnino est, ne videlicet uspiam non sibi respondeat proterviendo & actus & affectus. Illic nulla confusio virorum cum mulieribus, nulli amplexus, oscula nulla, colloquia nulla. Hic promiscuè omnia plusquam familiariter atque licentiosè usurpantur. Denique uno verbo. siue effecta, siue finem, siue certas hinc illincue circumstantias expendas, nihil non ex illa parte sanctum, laudatum, ab omni etiam mali specie alienissimum, ex ista vero tam contraria omnia, ut quantum illæ commendari merentur, tantum istæ explodendæ sint. Proinde contrariorum

riorum inter se collatio nullam vitij ac virtutis & laudis conciliationem habet: haud multo magis quam si usum coniugalem cum illicita quavis extra coniugium copula comparaueris. Siquidem ex ipsa tum causarum propriarum, tum effectuum ipsorum repugnantia, aperte efficitur uno nempe posito oppositum illius omnino eadem ratione destrui oportere. Quod si quis illud etiam urgeat, ab exemplis saltationum in populo Dei receptarum hoc saltem constare, illas igitur quum tum temporis non ita improbarae videantur, nunc quoque si eodem profus modo exerceantur non magis carpendas videri, nisi verò durius cum nostris agere quam cum veteribus actum sit, velimus: facilis est responsio. Neque enim si eadem illa saltationum veterum forma nostris nunc saltatoribus reponeretur, in ea ipsis metu acquiesceret, ut pose quum nihil minus quam quod unum in saltatione querunt, veteri illa reuocata recuperaturi essent. Et tamē ut per se vetus ipsa saltatio probetur, si quis ramen illam saltem restitui contendat pertinaciter, illud alterum expendat, potuisse e quidē nonnulla suo tum tempore & modo in usu esse, quae usurpari promiscue non ita semper expediat. Etenim quam multa habuerunt et locum suum et usum vel in ipso taberna-

C X X V I.

culo adeundo, vel in publicis choris instituendis, vel in reliquis illis musicis instrumentis pulsandis, et Dei laudibus publicè decantandis, quæ nostro hoc sæculo nulla simili ratione possent commodè præstari. Sed et vnu illud semel omnem istam disceptationem tollit, nempe, quod vsus ille celebrandarum Dei laudum adhibitis illiusmodi circumstantijs pettineret omnino ad cultum illum legalē, qui rebus externis plurimum excellebat: ac proinde ut appendices quædā habendæ sint ceremoniarum ipsarum res istiusmodi, & quæ perinde atq; ceremonialis cultus veteris observatione suo tempore semel abolita censenda sit. Nunc enim nostra sacra Eucharistica imprimis simplicius multò peraguntur. Quod si nullus esse debet amplius vsus tubarum illarum, & conuocationum cœtuum illorum Panegyricorum, adeo ut iudaismi reuocati rei futuri sint, si qui rerum illarum sum ingerere auderet, perinde etiam publicas & solennes saltationes cessare oportet, ut pote quæ ad operosiores illos ritus suo quoque modo pertineret. Neque etiam Ecclesiam illam Christianam puriorem usurpare istiusmodi quidpiam demonstrari possit. Quibus denique & illud ex superioribus repetitum adiicimus, minime omnium saltationi aditum patefieri aut locum relinqui expedire, quādoquidem illa in catalogum

C X X V I I.

42

talogum rerum per se indifferentium relata, ni
mis constat liberum illius usum ita & abolitio
ne esse, quum nominatum in eum statudeuenit
rit quodammodo tolerari amplius nulla prorsus ratio
ne possit. Atque illud etiam usui nobis erit ad di
luendos omnes quos de saltationibus citat
scripturæ locos. Siquidem aut saltationum
fit mentio cum laude: atque tum ad indiffe
rentium rerum classem quarum usus ex edi
tis circumstantijs tolli debeat non minime quam pro
bari, ipsas revocabimus. Aut saltationum ita
fit mentio, ut simul adiunctam vitijs conno
tationem, vel diserte, vel ex quadam communis
licentiæ circumstantia habeat, ut verbi gratia
quum fit mentio puerorum per forosib[us] accla
mationem, Et hoc & illud accinuum vobis & ta
mem vos non saltastis. In echorum ad redditum &
restitutionem filij illius predicti institutorum, repe
tita sunt enim illa ex usu communis, non autem au
toritate verbi Dei per se commendata, non, in
quam, magis quam ubi exemplum diligentis illius pa
tris familias proponitur, cuius pecuniæ fœnori
ponere seruus debuerit, ne penes ipsum vacua
remaneret. Exemplum itidem puellarum Silonitidum
non est ad illarum laudem trahendum, quod
usus illic & mores gentis ac seculi merita tra
duntur, ut & alijs placuisse in locis. Tadem
igitur quasi ad stellas usque nostri saltatores
euolatur, suos motus & tripudia cōponi &

C X X V I I .

referri ad illarū motū volūt: neqd omnino re
li nquant nō suæ consciū vanitatis. Quod
si enim ex motu ipso constantissimo orbium
illorum cœlestium, adeoque ex reliquarum
etiā creaturarum cōtemplatione vſus aliquis
eslet nobis percipiendus, illud in genere no
bis eslet obſeruandū, vt quemadmodum il
læ omnes suos motus retinēt, & in ſtatu ſuo
perſtant conſtanter, perinde nos quoque &
in finem vitæ omnibus præſcriptum intenti
eſſemus. & eam actionum noſtrarum regu
lam præfixā teneremus, quæ nos ſcilicet ab
omnibus tripudijs & saltationibus reuoca
tos iñ officio fungendo exerceret. Quod v
bi ſecus à nobis admittitur, & laſciuia atque
licentia omnia ſemel permittūr, non mo
do illud eſt ordinem noſtræ iſtius militiæ
indigniſſimè deſereret, ſed etiā tot aduersum
nos teſtes citare quo in in cœlo nomina
tim emicant ordinatiſſima illa luminaria.

C A P V T X I X .

*Circuſtantiae certæ notantur quæ ſalta
tiones magis intolerabiles reddunt.*

Tandem igitur exclusis ab omni iuris
deſtione ſaltationibus, vt in toto or
be Chri-

CXXIX.

be Christiano nullus illis superst̄it locus, non
abs te erit si apposuerimus etiā certas quic-
dam circumstantias, quæ illarum fœditatē
magis ac magis detestandam reddāt. Pri-
mūm igitur dies stati & condicti, saltatio-
nū, non illi erunt, quibus opera exerceti mo-
ris est, sed ille ipse dies Dominicus nomina-
tim. Nempe non potuit apertius profanatio
ipsa cultus Dei ostentare sese, quam quod
illo ipso die cuius usus sacer esse debuerit,
saltationibus ordinario vacetur: sic demui
sequestra illa quies & cestatio meditandis
Dei operibus impendēda, collocatur in mo-
tibus gestibusque tumvaniissimis, cum impu-
riissimis: sic attentio verbo Dei præstanda
etūm ut in mores deinde & perpetuam vi-
tam transiret, proteruijs atque toti luxus cō-
fusioni impenditur: sic quæ Dei laudibus
& gratiarum actionibus perstrepere oportē-
bat, veluti conscio aëre & cælo ipso, audien-
dis obscenis cantionibus atque amentium
vocibus traducuntur, ac tantum non conta-
minandis vndique nos circumstantibus ele-
mentis usurpantur. In summa mera illic Bac-
chantium orgia esse dixeris, vt & omnino
ab Ethnīcīs repetita esse constat publicarum
saltationum festis illis dieb⁹ exempla. Quod
quidem pessimè cessisse Silonitidibus illis
puellis, historia demonstrat, quæ quum so-

C XXX.

lennibus illis sestis diebus choreas agere
instituissent, quasi sanctificationis dierum
illorum male memores, in manus raptorum
Beniamitarum à quibus circunceptæ sunt,
inciderunt: vnde reliquæ disserent, quan-
tum ab istarum exemplo sibi cauendum es-
set. Et tamen puellares tantum choreæ erat,
ac proinde eiusmodi, ut & a nostratum im-
puritate atque obscenitate abessent quam
longissimè. Quamobrem etiam laudatius vi-
sum esse partibus illis veteribus in Ecclesia
jam supra ex Augustino retulimus, si dies
sacri Christianorum operi etiam manuario
impenderentur, potiusquam male feriatis
Iudicis, proteruijs, & saltationibus. At igit
tur nullo non die saltatoria scena intole-
rabilis est, ita diebus Dominicis plusquam
explodenda est, vbi ad obscenitatem profa-
natio quoque sanctioris diei accedit.

Videamus & alteram eiusdem renotam,
qua per se satis damnari non possit. Salta-
tur nempe ut plurimum in cætu parentum,
cōdīcto inter cognatos & quacuq; alia ratio-
ne conjunctos. Damus vero cætuū istiusmō
dihabendorum per se non vanam esse occa-
sionem. Sive enim calamitosum aliquod tē-
pus incidat, conferunt illi omnino ad sese
mutuo erigendum atque consolandum: vt
vicissim etiam vbi res lætiores sese offe-
runt, ad mutuam erga Deum gratitudinem,

& communis gaudij testimonium inter se
perhibendum. Ergo ubi tristitia & mærore
omnia plena sunt, exultare tūm atque la-
sciuire, aut est vim rerum ordini afferre, aut
prosperus hebetem ac lethargicum sese profi-
teri: nempe longe alijs de rebus cogitan-
dum tunc erat, nempe quum & de jaciēdi se-
se, & peccati serio detestandi, & nihil mi-
nus quām tripudiandi tempus esset. Et il-
lud ipsum est tamen de quo tam apertè Pro-
phetæ conqueruntur suo iam sæculo, quod
videlicet, ita sui quoque illi populates in-
sanirent. Cithara & nebel, & tympanum &
tibia & vinum in conuiuiis eorum, opus
autem Iehouæ non respiciunt, neque opus
manuum eius attendunt, Propræta capti-
uus ductus est populus meus, eò quod non
habuerit scientiam: & alio loco. Et vocauit Isai: 5.
Dominus Deus exercituū, in die illa ad fle-
tum, & ad planctum, & ad caluitum, & ad
cingulum sacci. Et ecce gaudium, & lætitia,
occidere boues, & iugulare pecudes, como-
dere carnem & bibere vinum: comedere,
inquam, & bibere, cras enim moriemur. Et
reuelabitur in auribus meis, qui sum Domi-
nus exercituum: Si expiabitur iniquitas hæc
vobis donec moriamini, dicit Domin⁹ Deus
exercituum. At qui neq; vnius sunt sæculi ter-
rificæ illæ comminationes, neque certus

CXXXII.

distringi possunt quām aduersus saltationes, ut pote quā flagitorum omnium, atque totius proteruiæ, veluti compendium quod dam vocari possint: adeo ut Deum ipsum ad summam usque iracundiam nihil ita concitet, atque si angustiæ & miseriatur tempore eiusmodi intolentiaæ exempla veluti in os ipsi opponātur. Illud porrò Edamus, Bibamus, id est, Tantis per adhuc secure delicie mur, quando hæc vna dies nobis ad genio indulgendum supereat, non potest cadere nisi in homines prorsus perditos, atque horrendi in Deum contemptus sibi consciens: adeo ut vix ita quidem proloquivel deterioribus contingat: sed ut verbis hoc non præfatur, cōuictum est scelus nihilominus, quū re ipsa non modo nihil de ordinario luxu remittitur, sed intēditur ille potius, quasi seatum maximè profundo voluptatum scæno immersuri miseri illi sint, quum iam ad Dei tribunal rei citantur. Absit verò à christianis supinus omnis eiusmodi cōtemptus. Superest igitur discutienda pars altera circunstan tiarum temporis illius quod saltationem omnino respuere contendimus. cedo enim an ubi occasio quædam exhilarationis inter amicos vel affines a Deo offertur, illa ne sit rebus demum impendenda profanis? Quod enim illud quidem fiat apud ipsos in-

CXXXIII.

incredulos non ita mirum esse potest, quum
 quod ad illos attinet nullo modo agnos-
 cant ipsum auctorem bonorum, quæ ipsi
 belluino more ingurgitant. Christianiverò
 melioris scholæ alumni, longe aliter pietat-
 um suam testentur oportet, si quando pecu-
 liaria quædam Dei beneficia agnitiuri inter-
 secoueniunt. Si enim verbi gratia, conuocan-
 tur cognati vel ut natales pueri alicuius sui
 tum in lucē editi, vel ut aliquot eiusmodi læ-
 titiæ argumentum aliqua cum hilaritate ex-
 cipient, certè summus illorum scopus ille
 semper erit, ut sancta illa exultatione vtan-
 tur ad Dei gloriam inter se celebrandam.
 Erit igitur tum ita quidem & illi Apostoli
 præscripto locus, Aequo est animo quispiā **Iac. 5.**
 inter suos? Psallat: ut simul illi loco & al-
 ter Apostoli alterius omnino concinat. Ne **Ephes. 5.**
 inebriamini inquit, vino in quo luxus est:
 sed implemini spiritu. & alio loco, commo- **Coloss. 3.**
 nefaciendo vos mutuo psalmis, hymnis, &
 cantionibus spiritualibus cum gratia canen-
 tes in corde vestro Domino. Et quicquid e-
 getitis sermone vel facto, in nomine Iesu
 Christi facite, gratias agentes Deo & Pa-
 tri per eum. Quod si contra prorsus post e-
 pulas hilariores, ne dum post liberiorem
 comportionem, admittantur cantores &
 instrumenta illa saltationi excitandę compa-

CXXIIII.

tata, ac proinde licentia illic & iocis impū-
risque gestibus omnia prestrepant, ecquid
est Dei beneficia conspurcare atque enormi
ingratitudinis scelere sese obstringere, nisi
hoc ipsum illis moribus aperte committit-
ur? Num vero testem totius illius vanitatis
& obscenitatis illum non pudebit facere,
cui potius canticis sanctis & gratiarum a-
ctionibus ut præcipuo totius lætitiae datori
erat, si ita dici posset, congratulandum? Num
etiam illi tum aperire pectora nullius metus
ac pudoris conscientia non verebimur, ubi lon-
gè alium conscientiae affectum & studium
sincerum ad ipsius dona agnoscenda, atque
perpetua vita prædicanda ipsi testari atque
retegere decebat? Ergo, ut semel dicam, me-
rè profanus est cætus ille, cuius extrema im-
pura illa hilaritas occupat. Non illuc inuoca-
tur Deus ut fautor suorum: sed nefanda ini-
tuit aduersus eum coitio, ut ipso veluti cie-
cto, Diabolo illic epulum Saliare instruatur
ac tantum non regnum ac sumnum ius
ipsi tradatur. Lupercalia enim illa sunt, &
mera Bacchanalia, atque colluuios homi-
num perditionum uno illo gestiētum, ut mit-
tuis sese peccati laqueis implicit, amici-
tiæ obtentu & mentis, & honestatis, & ratio-
nis naufragium in illo volvutuosi mari
facturi, ut & tandem post pocula in to-
ridem

t̄idem Lapithas & Centauros transformen-
 tur, aut sese mutuis gladijs confodian, aut,
 quod haud paulo deterius est, cupidiatum
 aculeis & punctionibus saucij illinc tādte re-
 uertantur. Imprimis autem illud saltationes
 plusquam detestandas reddit, quod in ipsum
 nuptiarum solenne intromissæ sint. Quod
 quidem tantum abest ut displiceat quamplu-
 rimis, ut potius sine illis frigere nuptias exi-
 stiment: quum tamen si res vti par est expen-
 datur, nihil minus conueniat nuptijs, quām
 tripudiatio & choreæ, siquidem & causa
 ipsa coniugij, & sanctificatio illius solēnis,
 & benedictio, & quicquid inde commodi
 speratur, in rationem veniant. Quum enim
 præcipuus quidam matrimonij in seundi fi-
 nis ille sit, ut caueatur naturæ nostræ a cōcu-
 piscentiæ morbo, ex eo omnino effici-
 tur perueriti a saltationibas finem illum a
 Deo institutum ordinatumque prōpter in-
 temperantiam nostram, si ipsæ augendi aut
 proritandi morbi illius occasiones, illo nū-
 ptiarum quæ ad morbum potius extin-
 guendum pertinent, prætextu, capten-
 tur. Quod autem illud omnino saltationum
 proprium sit, satis iam supra demonstratum
 est. Proinde si quis illarum esse potest vsus,
 Lupanarib⁹ omnino relinquatur, & illis of-
 i iiij.

G X X X V I.

ficinis totius turpitudinis, in quibus nempe scortatores in eo toti sunt, ut ignem illum cupiditatum magis ac magis accédat atque inflammet, quod etiam fœdissimæ illi Herodis aulæ meritissime potuit exprobri. Sanctum verò coniugium nihil omnino cum istiusmodi fœditatibus habere potest commune, si & Dei voluntas, & ipsam et institutio uti par est obseruetur. fit enim contrà Dei voluntatem, si, quæ remedij loco nobis instituit, illa ad malum ipsum excitandum referantur. Illud etiam admonentur p̄j coniuges ut primos illos coniugales affectus ita habeant, ut ex sanctis omnino initij reliqua perinde etiam cessura sperentur. Eò itē pertinet usus ille interpios perpetuus, sanctificatio inquam, coniugiū in Ecclesia tum verbo Dei tum concepta precatione: sponsiones item coniugales, quasi in Dei manum sese consignantum, ut etiam vicissim fiduciam benedictionis ipsius quasi ex ipsiusmet illic ore percipientum, atque in summa coram tota Ecclesia atque adeo ipfis Angelis testificantum, sese nempe ut cōscios sibi infirmatatis natuæ ad temedium à Deo institutum per coniugale fœdus tum quidē receptum habere, sed ea omnino mente ac sensu, ut coniugiū adeundo omni semel impuritati lasciuiaq; serio nuntiū remittat.

C XXXVII.

N^o 4

Iam verò quod ad conuiuium nuptiale & amicorum cognatorumque conuocationem & honestam quandam exhilarationem spectat, res illa ciuilis quū sit, vsum etiam suum habet, dum modo modestia & sobrietas illic retineātur. Contrà vero si ab illis tam aupsicate & honeste constitutis fundamentis, ad proteruiam & iocos, & saltationes deueniatur, subruuntur iam bene cœpta quasi ab ipsis fundamentis. Opponitur nimitem inuocationi Dei quæ præcesserat & quæ coram deo cōcepta fuerat, licentia & lasciuia: Precationi item cum gratiarum actione cōiunctæ, fœditas omnis atque obscenitas: Benedictioni illi ex verbo Dei prolatæ, amentium hominum strepitus & tripudiatio. Quis vero inter res adeo inter se discrepantes consensus esse potest? Deum ne vero auctorem cōiugij a te aduocari, qui paulò post contumeliosè reiiciendus sit, admisso illius loco ipsomet turpitudinis omnis inuentore Diabolo? Votū castitatis dicitē a te nuncupari cū seria abrenūtiatione tum omnis spurcitiei, tum eorum omniū quæ cum illa quid quam commune habeant: atque momentò post insolētiae & proteruiæ & totius illarum lēnocijnij artes exerceri? Quid enim illud est quam Deo ipsi contumeliam inferre, & quasi testium satis nō sit, Angelos ipsos quo

CXXXVII.

que testes aduocare tantæ olim perfidiæ & profanationis vlciscendæ?

An non vero exuflatur etiam benedictio illa coniugalis paulo ante concepta, submis sa & quasi illi obiecta tam indigna profanatione? At enim solennia nuptiarum ita dici & haberi solent. Solennia vero ista sunt potius ac mysteria Veneris pudenda, & cupidinæ faces tantummodo. Siquidem sacra ipsa Christianorum precibus constant, & canticis sanctis, honestè, modestè, verecundè peraguntur. Neque enim Christiani coniugium primum auspicaturi, vnius diei ratione habent: totum vitæ spatiū sibi dimentiuntur, quo nisi rū honoratū reddere student coniugiū suum, atque thorū immaculatum, nedum ut introductio quædam sit turpis cuiusquam rei atque impudicæ. Omnino igitur principia ipsa ab omni vitio pura esse oportet, ne videlicet vel leuissimæ maculæ aspersione semel infecta, notam illam perpetuò retineant. Peccatum enim subreptitiū aditum habet, exitum verò & ejectionem operosissimam, atque, plus quam credi possit, difficillimam. Aeditus igitur sancti coniugij & custos eiusmodi constituendus est, qui perpetuæ coniugali vitæ adhæreat. Hoc autem ita fiet, quum Domino ipso auctore sancti illius fœderis agnito & velut aduocato,

CXXXIX.

48

Cato, procurabitur deinde ut nequid admittatur non purum & sanctum, & per coniugij occasiouem modestia quoque, integritas, fides, pudotque veluti simul domum ducentur: eademque opera profanitas omnis cum peccato & Satana ipso domo semel eiicientur. Admittere autem saltationem ipso nuptiarum die, omnia permisere est, adeoque semel inuertere. Quod si etiam certis quibusdam nonnullis morbis quibus vita coniugalis nonnunquam obnoxia est, ut Zelotypiae nominatim & offenditionibus, maturè prospiciendum est, non aliud est certius aduersus illa vitia remedium, quam si ipso coniugij ineundi die & tempore, vera funda menta iacentur mutuae inter coniuges siedi & integritatis: quæ quidem oportunè tum omnino immittentur, si illud vnicè studuerint, ut nequid alterutri accidat, tum quidem nominatim vel in speciem etiam, quod intimis illis affectibus seriò conglutinandis vel minimum obesse possit. Insidiatur enim vel maximè tum Satan, & intentus est in quasvis occasions, atque adeo instat ipsissimè principiis. Atqui nullum habet nocentius telum ad spargendum suum illud offendionum semen, quam si saltatio ad nuptias quoque intromittatur. ac proinde qui paci coniugali con-

C X L.

sultum volunt , non possunt satis ab illa
lue sibi cauere . Male omnino consulit intre-
gritati sponsæ a se ducendæ sponsus ille , qui
obscænis cantilenis aures ipsius tentari , qui
familiaribus cōplexibus & oculos & os ip-
sum illius prælibari sustinet . Peccat etiam
illa non minus graviter , quæ suum ipsa spō-
sum alias etiam prensare , & quasi suum il-
lis affectum communicare molestè non fe-
rat . Quid enim ? An adeo sui ipsorum im-
memores sunt , vt non satis norint quæ sua
sit pro nativa nequitia ad malum proclivi-
tas , quæ nouas occasiones satis auersari non
possit ? Annon vel emissitij oculi nictatio in-
ter sponsam & festiuum quempiam saltato-
rem , aliquando malum discordiæ vel suspi-
cionis vix vnquā auellendæ vel momento in
generauerit ? Hoc vero vt cumque non sem-
per ita contingat , non minus est tamen in
reipsa periculi . Quamobrem vnum illud
oportune obseruandum est nequid istorum
incommodorum accipiatur , vt omnia tum
pericula tum etiam occasionses euitentur ,
atque vt neque suspicioni vlli sinistræ fene-
stra aperiatur , neque item vlli impuritat[i] lo-
cus detur . Ac nominatim sponsa ipsa singu-
larem pectori coniugis fidem mansuræ fidei
suæ adspirauerit , si vt aliena à saltatione
& omni proteruia , neque posse se vel gestus
libidi-

libidinosos, vel verba illa molliora admittere auribus testata, sese ipsi vni approbare velle ac studere secundū Deum ostenderit.

An vero usus aliquis saltationum in nuptiis esse potest, qui tot malorum occasiōnibus præponderet? Nempe, inquiunt, valent illæ ad actionem ipsam & nuptialem festiuitatem cohonestandam. Cedo verò, annon certa illa ac præcipua cohonestatio habenda sit, Si nihil in illa festiuitate alienum ab honestate atque virtute notari possit? Nuptiæ certæ ad oblationem honestam apparantur; sed oblatione eiusmodi admittenda est, quæ Deum præsentem ac præcipuum auctorem reitantæ non offendat, quæque etiā ad nullius damnum vel iniuriam pertineat. Nuptiæ item procurantur ad extinguendum & coercendum natuæ incontinentiæ morbum, ac non ut illarum occasione intendantur. Saltatio vero neque illis ipsis coniugibus cōuenit tū maximè, neque ad honore atque delectationem confert ullo modo, neque non innumeræ occasionses incommodorum & periculorum circunfert, quibus incauti plerique qui illic inter sunt, appetantur. Ut enim sponsi & sponsæ nomine epulum illic & saltatio instituātur, plerique adstantiam interea laqueis & retibus inexploratis implicantur, vnde' momento affectus

CXLII.

corripiuntur ac miris afficiuntur modis. Atque omnino illud constat, satanæ artificium exquisitissimum illud fuisse, quod honestatis nuptialis prætextu, lænocinium illud saltatorium inuestitum sit, quo nempe sanctum illud Dei institutum non modica ex parte corruperetur, sanctificatio coniugij obscuritate execranda commutaretur, atque ut omnino ex rei sanctæ scaturigine riuuli quidam omnis licentiae, insolentiae, atque proteruiæ undique deducerentur. Hinc etiam plusquam fascennina licentia nuptiis impetravit, ut præter liberiorem & immoderatorem compotationem, impuræ etiam voces & verba propudiosa tanquam ex lupanari repetita suggereretur, quemadmodum suo iam saeculo ista notabat & querebatur apud surdos Chrysostomus. Atque adeo si rem ipsam vti se ipsa habet excutiamus, profanū illic idololatrarum ab usum regnare deprehēdemus, quātunuis Christianæ nuptiæ non minentur: vbi nimur mera scortatio gafatur, quam velex vnis illis vocibus licentiosis reuincimus; vbi potatur & pergræcatur immoderatissime, ac tandem ex temulentia saltatio tanquam certissima illius matrii proles enascitur, nequid videlicet reliquum fiat ad conspureandum omne genus fœditati bus sancta illa coiugij institutione. Atqui si illam

CXLIII.

illam ipsam puram putam recuperatam vo-
 lamus, ac veluti suis natalibus restitutā, fa-
 cessant omnes illi turpissimi mores atque a-
 busus necesse est, ut omnino ipsa Dei bene-
 dictio nobis certa constet: ne videlicet si san-
 ctaprofanis, & honesta impuris commiscue-
 rimus, Dominus ipse, iuste prouocatus à
 nobis, remedium quod aduersus inconti-
 nentiam præscriperat, in occasionem vin-
 dictæ atque horrendi iudicij aduersus no-
 stram intemperantiam conuerterat: cuius qui-
 dem rei non rara neque ita antiquata & heu-
 nimis tristia extat, istorū, inquā, Dei iudicio-
 rū exēpla. Quemadmodum igitur pigmēa-
 tarij studijs cauent in electioribus vnguen-
 tis conficiendis, nequid fœtidum admiscear-
 tur: sic etiam ut cōiugium ipsum nihil aliud
 spiret quam certissimam illam Dei benedi-
 ctionem, qua vna præcipue constat, viden-
 dum imprimis nequid terri odoris, id est, las-
 ciuiæ illa occasione ipsius nominatim aditū
 occupet. Et quidem legimus Dominum in-
 terfuisse nuptiis in Cana Galileæ vnâ cum
 suis discipulis, adeoque illic appositiissimè in-
 signe testimonium diuinæ illius suæ virtutis
 exercuisse. Itidem etiā nobis continget, ut &
 cumulate nostris etiā nuptiis suâ sit impensu-
 rus largitatem, modo per nos non stet: atque
 illud Chrysostomi mente teneamus, ybi

CXLIII.

tibicines & choreæ locum habeant, ibi non esse quærendum Christum ipsum. In summa nihil minus sūt nuptiæ christianorū quam scæna quædam vanitatis. sunt nimirū solemnis & sacra aëtio, in qua tanquam in legitima pompa, pudor, castitas, modestia sponsum & sponsam comitantur, atque dominum secum deducunt: Deus ipse denique omnium bonorum fons ipse illic agnosci ac præesse vult. Atque hæc habuimus animaduertenda quod ad circunstantias ipsas saltationum, ex quibus demonstraremus quam illæ omnibus modis intolerandæ sint. Quū igitur constiterit neque diebus festis admittendas illas esse, neque vlla omnino etiā cœtu um liberaliorum inter Christianos habendorum occasione (nisi cum aperta Dei ipsius contumelia illud fiat) neque porrò ad nuptias christianorum admitti posse sine magno atque aperto discrimine: illud ex eo consequi manifestum est, nullibi saltationibus ipsis, vbi honestas christiana obtinebit locum, esse cōcedendum.

Epilogus aduersus saltationes.

CAPVT XX

HAEC sunt igitur apposita argumenta, quidus persuadere, atque adeo inducere in

cere in animum nostris omnibus studemus,
vt omnem istam saltoriam licentiam a se
quam longissimè remouendam current, at-
que adeo ad inferos ipsos relegent vnde cer-
tissim è tum in cultus solennes idolorum,
tum in aulam Herodis, tum in Lupanaria
denique perruperunt.

Etenim ex tot illis à nobis sincere prola-
tis rationibus ex quibus usus illatum ali-
quis constitui potuisse videretur, nulla om-
nino ullius prorsus momenti occurrit, quæ
tolerabiles saltē esse saltationes euinceret
vel vt res omnino indifferentes, vel vt com-
modi alicuius tum priuati tum publici gra-
tia. Quod si honestis exercitationibus hæc
nostra carere vita non possit, equidem lögē
alinde petendæ illæ suat. Neque etiam il-
lud nobis laudi cessurum sit, si nescio quam
oblectationem tanti precij pœnitentia e-
meremus. Relinquamus nempe illas insa-
rias Herodi illi suo, vt pote qui ebrietate
mentis correptus atque dementatus, salta-
tionis delectationem tanti fecerit, vt ne ca-
piti quidem sanctissimi illius Dei serui pe-
percerit, quo sponsonem ex saltationis oc-
casione temerè conceptam indignissimè ex-
solueret. Sic nempe solent etiam sæculi istius
homines cum veneno voluptatum inanissi-
marū vel suam ipsorum cōmutare salutem.

C X L V I .

At vero Christiani qui verè sapiunt, curam
 salutis suæ, metum offendionis Dei, amorem
 virtutis omnibus istius sæculi deliciis maxi-
 mo suo cum lucro anteponere didicerunt.
 Atque ut honestam aliquando remissionem
 tūm animo tūm corpori non negant, ita e-
 tiam illud summè student, ne quā fiat ut lō-
 gē sanctissimus ille concentus inteturbe-
 tur, qui nempe in rerum bonarum & hone-
 starum perpetua professione atque exhibi-
 tione non interrup: a consistit. Porro nun-
 quam illis tanti sit vanissima illa Scientia sui
 in aula iactandi, & incompositis numeris il-
 lic subsultandi, ut longè chariorem nume-
 rum & choream illam laudatissimam virtu-
 tum vel tantillum ab rimpere sustineant. Et
 nomen ipsum Euangeli j eò spectat atque eà
 nos vocat, ut omnes omnino mores corru-
 ptos & prauæ cupidinis elementa reliquis
 omnibus insuperhabit is eradamus. Et quid
 vero proferti possit quodd magis eradendum
 sit saltatione, quæ nimirū numerosam quan-
 dam vitiorum, scandalorum, periculorum,
 atque incommodorū turbā nunquam nō se-
 cum inuestura sit? An vero illud ferendum
 erit, ut idem Christianus audiatur setium
 modestiæ, atque sobrietatis studium medi-
 tari, atque in illius gratiam, ~~et~~ etiam
 omnibus vitiis atque adeo ipsi Satanae bellū
 indi-

indicete, mundum detestari, puritatem atque integritatem profiteri, qui tamen nihil omnino quasi histrionem in scena agat, saltaret denique & tripudiet, & spectantibus aliis oblectationem tantum nomen dispendio praebat? Muscae morientes, inquit Solo-
mo, fœtere faciunt vnguentum, & opus exquisitum aromatarij: quanto magis vero vel minima lasciuia nota dedecorat hominem honestum, & nominatum Christianum? Videamus igitur ne nomen istud vlla ex parte ementiamur: abrumpamus potius quemvis turpitudinis tegumenta, ne quæ ex parte tui basse gressus nostri, atque in hanc vel illam partem à Dei serio metu deflexisse videantur. Etenim quid nobis perierit etiā si saltationes reiecerimus: immo vero quanto hoc nostro lucro fieri, quum vanissima illa oblectatione carete discampus? Siquidem una & eadem opera & a nobis præcidimus quæ omnino vocationi nostræ repugnant, eiicimus item innumeras scandalorum occasiones, ceteribus ipsis nostris & congressibus nomen verè spiritualis & christiani confessus vindicamus: atque ut semel dicam, illud à nobis ablegamus, quod quidem saluis Dei donis, & legitimis ipsorum usu retinere nullo modo potuimus: sic denique ad illud Apostoli verè attendimus, Nullus sermo corruptus Eph. 4.30

CXLVIII.

ex ore vestro egreditur: sed si quis est com-
modus ad ædificationis usum, ut gratiam
adferat audientibus. Et ne, inquit, tristitia
afficite Spiritum illum sanctum per quem
obsignati estis in diem redemptionis. Corru-
ptus igitur & turpis sermo dedecebit Chri-
stianum eō usque, ut spiritum Christi in ipso
manentē exutiat, & dicemus cum qui eos
que insaniat, ut omnibus sensibus corporis
ad scandalum & impuritatem abutatur, pe-
ccatus ipsum denique, id est, sanctius illud gra-
tiæ Dei domicilium, peccato & Satanæ ape-
riat, Christi spiritum posse retinere? Iam
vero quid potest ex eo non mali consequi,
quod quispiam veluti sponte ita se contume-
liosum spiritui cœlesti exhibuerit? annon
vero metuendum illi sit, ne etiam ab infa-
mi illo domicilio recedens cœlestis inquili-
nus auferat vna secum sigilla & tesseras al-
las longe preciosissimas adoptionis Dei,
hominem verò illum sibi derelictum Sata-
næ simul atque luxui mancipatum, miserri-
mæ suarū ipsius libidinū seruituti addicat?
Atqui longè alia nobis habenda est ratio tā-
ti a Deo accepti munetis, ut ad salutem no-
stram Sirenibus illis voluptatum præterue-
ctis, cum timore atque tremore vnice omni-
bus momētis contendamus. Coram oculis
Domini sunt viæ nostræ, & omnes semitas
nostras

Nostras ipse ponderat, inquit ille. Quid igitur afferemus vbi non semitarum simpliciter, sed motuum impudicorum & tripudiationum pudendarum ratio a nobis reposcetur? Et nos scilicet illos actus ad numerum & exigimus: at uero Dominus ad alium numerum & pondus, ad ipsam nimirum veritatem & fructum actionum nostrarum nos ipsos est recensiturus. Enim uero quis erit tum noster pudor aut quod potius opprobrium illarum rerum a nobis admissarum occasione, quarum quidem fructus omnis invanis oblectationibus, in rebus insanis, in meta denique omne genus vitiorum degustatione atque momentanea euaporatione constiterit? Videte, inquit, quomodo accura Epheſ. 5. tē incedatis, non ut insipientes, sed ut sapientes: Redimentes occasionem, quoniam dies mali sunt: propterea ne estote imprudentes sed intelligentes quæ sit voluntas Domini, Proinde si quando nos titillat saltandi affectus, illud statim occurrat, Carnem nimirū tum quidem suas partes aggredi: Si quis itē nos eo perducere conetur, agnoscamus manum illic a Satana ipso nobis intendi, ut infiditatem ac spuritiem inductos perdat. Denique quum eam corporis geramus curam, & eo usque non insaniamus, quin medico auctore à quantumuis iucunda exercitatione

statuamus nobis esse abstinentum, ne in vā
 letudinem peccemus, scilicet quum de ani-
 mæ statu agetur, & ineuitabilia vndiq; dam-
 na atque exitia instabunt, illa omnia securè
 quasi minus ad nos perjineant, contemne-
 mus! Succurrant hīc vero exempla sapien-
 tum sacerdotalium. Philosophi qui de statu
 Reipubliæ accurate constituendo & conser-
 vando commentati sunt, omnes vnum illud
 in ore haberent, illos omnino mores semel
 alegandos esse a Repub, qui quidem tan-
 tum vel ad inuentorem ipsam ad virtutis
 studia remissorem, vel contra ad vice
 procliviorem atque adeo mollem & effemini-
 natam redderent. Immo etiam nonnulli e-
 ousque progressi sunt, ut ne Poetas quidem
 in Repub. ferendos censerent, ut qui suis fa-
 bellis & vanis narratiunculis ut plurimum
 peccare magis doceant, quam secundum viri-
 tum viuere. Atque illud idem à veteribus
 illis Romanis diu obseruatum, optimè
 ipsis, etiam cessit, quando nominatim
 saltationes a sua ciuitate exulare iusse-
 runt. Iam vero quid aliud sunt Eccle-
 siæ Dei, quarum ille nos membra consti-
 tuit, quam totidem & Republicæ, & Ciuita-
 tes Dei viuentis, cœtus denique profiten-
 tiū sese sanctificatione vera ac non fucata,
 Christi agnii illius immaculati sanguine, pē-
 pe'

& peperfusos, vt iustitiae & sanctitati studeamus? An igitur minus a corruptelis saeculi nobis cauebimus, quam prophane illae Repub. ab illis, quae pro humani ingenij captu perniciem afferre posse suis moribus praeuiderunt? Notatur apud Chrysostomum insigne piorum quorundam ipsius auditum exemplum: quod quem Magnus ille Dei seruus pro singulari suo zelo inter concionandum in saltationes ut & in reliquas id genus nuptiales lascivias & luxus sui saeculi inueheretur vehementius, commotus quidam inter illos viri probi signo aliquo ipsi indicarint, sese omnino ab illis vietis abstenturos: quod quidem ipse animaduertes, illos eo nomine laudauerit. Quum igitur hoc nostrum longe deploratissimum saeculum damnare vel cœci ipsi cogantur, quis erit noster zelus, quae nostra conscientia, nisi etiam aliquando tandem respondeamus cum illis, Christianos esse nos, ac proinde certum nobis esse tum saltationes ac choreas, tum & reliquum omnem confusio his luxum a nobis semel ablegare? An vero homines hinc auctores & suasores tantum agnoscimus, ac non potius Deum nos ipsos adurgentem tot undique occasionibus sentimus? Quorsum enim manus illius tam diu tot modis extenta? quorsum tot minæ, & status rerum ad eo

CLII.

instabilis? Quod igitur non indociles simus
lugere , timere , trepidare , an non satis eo
admonemur quantum nostra illavanitas,no
stra tripudia & insolentiae displiceant Deo?
Quod inquam nos ipfos tam saepe immo as
siduè deiectos & veluti humi affixos ad la
chrymas & gemitus vocat, annon etiam il
lud argumento est nostram ab illo lasciuia
& iactationem ferri amplius non posse?
Quamobrem operam demus nequid eorum
deinceps nobis adhaereat, quæ ab ipso dam
nari audimus. Persequamur salutis nostræ
curriculum cum sancta prudentia & vero
rerum delectu: vitemus & laqueos & illecta
menta peccati omnia: nulla mundi condi
tione utramur, vanissimas denique ipsius de
licias magno animo proculcemos. Et hoc
quidem faxit Dominus ille Deus noster, cu
ius unius est ut omnis virtus, ita etiam glo
ria sempiterna.

F I N I S.

